Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0001-1
DFG

20/78

Dv 621²

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
– Medizinische Abt. –
V 478

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0002-7

1614

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0003-2

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0004-8

# LEXICON PHARMACEUTICUM,

*Pro*
MAJORI COMMODITATE
IN DUAS PARTES DIVISUM,
Ubi
***PRIOR HÆC***
continet
MAGIS UBIQUE USUALIA
Notiſſimorum Pharmacopœorum, utpote *Auguſtanæ Renovatæ*, *Norimbergenſis*, *Schröderi*, *Mynſichti*, &c.
Ut &
Alia hinc inde multum celebrata Celeberrimorum Authorum, *Sylvii*, *Michaëlis*, *Timæi*, *Wedelii* aliorumque compoſita;

PARS ALTERA
SIMILIA GENEROSIORA JUXTA
*Zvvelfferi*, *Hoffmanni*, &c. animadverſiones aut cenſuras adornata tradit compoſita, iis priori in parte poſitis, pro majori dilucidatione breviſſimis ſurrogata, ſtud.
*Editio Secunda.*
J. H. J.

*FRANCOFURTI,*
Impenſis JOHANNIS ZIEGERI,
Et GEORGII LEHMANNI.
*Typis JOH. PHILIPPI ANDREÆ.*
Anno M DC XCVIII.

AD BIBLIOTHEC: MONAST: LAMBACENS:

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0005-4 DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0006-0
DFG

SPECTABILIBUS

*Et in Arte Pharmaceutico Chimica*

*Exercitatiſſimis*

VIRIS,

Dn. JOHANNI GRASERO,

Dn. JOH. HENRICO SPARR,

Dn. JOH. RUDOLPHO HENRICI,

Dn. NICOLAO SALTZVVEDELIO,

Dn. JOH. VVILHELMO MüLLERO,

*Reipublicæ Francofurtenſis Pharmacopæis ordinariis,*

Amicis meis plurimùm colendis.

VIRI SPECTATISSIMI.

H*Omines Hominum cauſa generatos eſſe*, ita ut alii aliis prodeſſe queant & debeant, dudum *agnovêre Stoici*; Neminemque ſibi tantum naſci *Plato* Nos erudiit. Præ-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0007-5 DFG

Præter Publicum verò hoc laboris mei argumentum, hic vobis ſiſto *Celebratiſſimum Noſtri Seculi Medicum, Generoſum ac Magnificum Virum, Dominum* GEORGIUM FRANCK de FRANCKENAU, *Medicinæ Doctorem & jam in Academia Wittebergenſi Profeſſorem Primarium, Celeberrimum Maximorum Principum Conſilianum &*

*Ar-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0008-1 DFG

*Archiatrum &c.* Cujus venerandũ ſecutus Conſilium, hic in compendium redegi Medicamenta cõpoſita, quæ diverſis in Pharmacopœis, aliorumq; Medicorum operibus diſperſim tradita reperiuntur.

Etſi verò labor hic non tam ingenii, quàm parvi laboris videatur eſſe fœtus, ſelectu tamen hic opus erat rationi non minus, quam experientiæ Medicæ conſentaneo. Non enim



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0009-0

quævis corraſi compoſita,
ſed uſualia ſaltem & ferè
ubique nunc recepta, ac à
mendis erroribusq; internis
plurimam partem vindi-
cata & correcta, hanc in
formam redegi.

Cauſam aliam, haud mi-
nus conſiderandam ſup-
peditavêre plures tam No-
ſtræ, quam Veſtrę Artis
Alumni, qui caſtra ſequen-
tes belli hoc tempore, vel
& miſeriarum turmis per-
ſecuti & in Exilium profli-
gati,

gati, aut huc illuc tracti, habebunt hoc in compendio ea, quæ plurimis operibus comprehenſa, ægrè ſecum ducere poſſent.

Quod verò Vobis, *Viri Spectatiſſimi* hunc meum laborem ſimul conſecrarim, *communis cauſa* eſt, de quâ hic agitur; Traduntur nimirum hic Medicorum Inſtrumenta, quæ Pharmacopœorum induſtriâ fabricari neceſſe habent.

Tum & meæ erga Vos affectionis hic ſiſto argumentum, nil magis in votis habens quàm ut, ſi forte ad ſiniſtras invidorum ſuggeſtiones quidam minus benignè de me ſenſerint, mihi nunc liceat meliora ſperare: Conteſtor verò me nulli non Veſtrûm ex animo addictum eſſe. Et cum hunc in finem nil felicius optare queam, Rogo Deum

T.O.M.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0011-6

T. O. M. ut Vos cum Familiis chariſſimis infinitos in annos conſervet ſoſpites, felices & lætos, utque ego Benevolentiæ veſtræ gremio complexus per vitam degam,

*Viri Spectatiſſimi,*

*Veſter ad officia paratiſſimus,*

JOH. HELFFRICH JUNGKEN,
Militiæ & Noſocomii Francofurtenſis Medicus ordinarius.

ACE-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0012-2
DFG

A. Ω.

# ACETUM DESTILLATUM,

*ſive*

# *SPIRITUS ACETI.*

ALiis omnibus deſtillandi modis poſthabitis, *optimè & compendioſe deſtillatur per veſicam cupream, aut terream magnam, optimè vitreatam, cum alembico vitreo; appoſita magna cucurbita vitrea pro recipiente:* Sic una vice aliquot menſuræ deſtillari poſſunt; ne vero empyreuma ſuccedat, acetum ſaltem ad tertias abſtrahi debet.

Prodit vero primo phlegma, quod præter propter quartam partem aceti conſtituit, hoc ſequitur Spiritus, relicto liquore craſſo nigro.

*Uſus aceti deſtillati* vel *Medicus* eſt, vel *Pharmaceuticus.*

*Medicus* vel *internus* eſt *vel externus.*

*Elaſticos ſpiritus concentrando internè datum refrigerat, ſitim ſedat, hæmorrhagias compeſcit; Venena, humores nexu ſuo ſolventia, deſtruit & concentrat, ſicque reficit. Et tandem etiam incidit, reſolvit & attenuat.*

*Pharmaceuticus aceti uſus eſt extrahere, corrigere, ſolvere, &c.* Ubi enim præparatio inſtitui debet,

 quæ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0013-8

quæ evaporatione opus habet, uti fit in conficiendo *ſacharo ♄ni, Extracto opii, arcano ♀i &c. tum acetum deſt. requiritur:* Non deſtillatum etenim per ſe relinquit tinctam remanentiam per evaporationem.

*Ubi vero Medicata aceta fieri debent, melius eſt acetum ſimplex quam deſtillatum*, quoniam acrius eſt, ob partem tartaream nondum ſeparatam. Sic fit v. g.

## Acetum Aromaticum Odoratum
*Mynſichti.*

℞. *Rad.* Ireos Flor. ℥iß. Flor. Lavend. Roſ. r. Tunic. ana ℥j. Caryophyll. cincim. opt. ana ℥ß. N. Moſch. Macis, Gal. min. Zedo. ana ʒiij. Cort. arant. citr. ana ʒij. Styr. cal. Myrrh. r. Benz. ana ʒiß. *Fol.* Roriſm. Rut. major. Salv. ana ʒj. Gall. Moſch. ver. L. Alo. ſan. citr. Spicæ. Ind. ana ʒß. Aceti vini violati q. ſ. *Miſce & acetum bene impregnatum, & tinctum ſervetur.*

VIRES. *Recreando ſpiritus, confortat cerebrum, reficit vires naribus admotum, &c.*

## Acetum Bezoardicum, *Mynſichti.*

℞. *Rad.* Scorz. Angel. Dict. alb. ana ℥j. Torment. Zedoar. En. camp. ana ℥ß. Camphor. ʒiß. *Pulveriſatis & mixt.* adde Spir. Vini à confect. Bezoard. ſolar. noſtr. reſidui, & aceti vini ſambucin. *ad 6. digitor. eminentiam. Stent, donec probe impregnetur, tunc filtra & ſerva.*

VIRES *ſunt inſignes in Peſte, in venenis animal. & aliis venenis hauſtis. Doſ.* ab ℥ß. ad ℥j. *vel per ſe, vel cum aq. Card. ben. Scordii, &c.*

Ace-

## Acetum Bezoardicum ſive Theriacale *Timæi.*

℞. Confect. Orvietan. ℥ij. Diaſcord. Fr. ℥iß. Ther. Androm. ʒj. *Rad.* Angel. contrajerv. Enul. pimpin. torment. ſcorzon. dict. alb. petaſit, ana ʒvj. *Fol.* Scord. rutæ, millefol. ana m. j. *Flor.* Cal. tunic. ana mß. *Cort.* frax. citri ana ℥ß. *Bacc.* junip. ℥iß. *Macer.* Zedoar. ana. ʒiij. Camph. ℈ij. crocior. ʒj. Myrrh. el. ℥ß. Aceti ex ſucco rubi idæi q. ſ. *miſce & ſtent in infuſ. in loco cal. donec acetum probè ſit impregnatum, tunc colatura ſervetur uſui.*

VIRES *ſunt inſignes in Peſte, nil enim magis profuiſſe in Peſte caſtrenſi exercitus Suecici ad Tribbeſæam, ut & in Febre Peſtilentiali Colbergæ, ac acetum hoc theriacale mox in principio cum tantillo ſcordii,* vel *Theriacæ, ad eliciendos ſudores exhibitum, ipſe refert Timæus. Caſ. Med. libr. 8. caſ. 32.*

## Acetum Bezoardicum, *mihi familiare.*

℞. *Radic.* Angel. Imperat. Torment. Valerian. ſucciſ. Enul. camp. gentian. Zedoar. *Herb.* Rut. Card. bened. Scordii. *Flor.* Calend. Lavend. tunic. *Croci or. Macis. Myrrh. Camph. Aceti Flor. tunic.* q. ſ.

VIRES *cum prioribus ſunt eædem.*

## Acetum Hyſtericum *correct. Mynſichti.*

℞. Herb. Rutæ exſic. ℥j. Gumm. Galban. ℥ß. aſæ fœtid. caſtor. ana ʒij. callor equar. ʒj. Aceti Vini

acerr. q. ſ. *fiat digeſtio per plures dies, donec acetum probe eſt impragnatum, tunc filtra & ſerva.*

Vires ſunt inſignes in ſuffocat: uterin. in vertigine, lethargo, ſi naribus admovetur, vel interne ad cochl. ß. vel j. propinatur.

## *A*cetum Lithargirii, *P. A. R.*

℞. Litharg. ſubtil. triti ℔ j. Aceti fort. ℔ij. *Stent in infuſ. per dies tres, quatuor, ſæpius agitando, poſt filtrando.*

Vires *ſunt inſignes in perpolienda cute, & ulceribus humidis, fœtidis, & malignis exſiccandis, cum* Oleo Sambuci vel Violar. *commixtum in ſerpigine, herpete, ac calidis doloribus.*

## Acetum Purgans, *Prævotii ex Chym. Rolfinci.*

℞. 🜿ri crudi, vel cremon. 🜿ri ℥ß. *Fol.* Senn. el. ʒiij. Cinam. ſem. Aniſ. ana ʒj. aceti vini acerr. ℔j. *infunde per 24. hor. tunc cola & ſerva.*

Vires. Lenit alvum, attenuat, incidit; Uſus eſt in acetariis.

## *A*cetum Roſaceum *fit*,

Si ℞. Roſar. r. nondum apertar. & exungulatar. ac per dies aliquot exiccat. ℔ j. *& infund.* in aceti vini ℔ xij. *in vitro ſatis capaci, colli anguſti, quod obturatum ſoli exponitur per dies æſtivos plures; tandem exprimitur acetum, & ſi placet, novæ infunduntur roſæ, & inſolatio reiteratur, ac tunc colatura ſervatur.*

Vires ſunt inſigniter refrig. ſiccantes, adſtring. item alexipharmacæ & cephalicæ.

Doſ.

Doſ. ℥ß. Eadem methodo parantur aceta diverſorum Florum, utpote Anthoſ. Lavendul. Calend. &c.

## *A*cetum Scylliticum.

℞. *Rad.* Scyllæ in tal. ſect. filo traject. & *per* 40. *dies in libero aere ſine radiis ſolaribus modicè exſiccat.* ℔j, Aceti vini ℔viij. *Inſola, cola & repone.*

VIRES ſunt inſignes in difficili reſpiratione, attenuat, incidit. Doſ. ℥ß

## Acetum Siccum *in ſacco portatile:*

*Collect. Leidenſ.*

℞. ♀ri albi ℔ß. *abluatur diligentiſſimè tum ſiccetur,* & pulveriſ. Hic pulvis *infundatur* in aceto vini acerr. *poſtea pulvis iterum ſiccetur, & ſiccatus iterum infundatur* in aceto, ut antea, *& rurſus ſiccetur, hocque decies repetatur, ac ſit pulvis acidiſſimus, qui in quavis aqua ſolutus eam reddit acidam.*

## *A*cetum Theriacale, *P. A. R.*

℞. *Rad.* Chel. maj. ℥ß. Ang. Oſtrut. gentian. Biſtort. Valerian. Pimpin. dictam. alb. carlin. Zedoar. ana ʒj. Plantag. maj. ʒiß. *Fol.* Scord. Card. ben. dict. cret. ana p. ij. *Cort. & Sem.* citri ana ʒjß. *gran.* Jun. ʒij. Nucl. nucum jugland. ℥ij. Santal. citr. ʒß. *Infund. in* aceti Rutacei ℔iiij. *atque ſic in vitro probè clauſo infuſa maneant.*

VIRES. *Morbis Venenatis auxiliatur, putred. humorum arcet, ſudores prolicit, contagia peſtifera diſſipat, tam interne quam externe exhibitum.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0017-1

**Acetum Theriacale** *Mithridaticum*, *Zedoarticum Myrrhatum*, *Rhizoticum* Mynſichti conveniunt omnino cum ſupra dictis acetis Bezoardicis aut Theriacalibus, ingredientibus ſaltem variatis.

**Acidum ♀ri** ſunt criſtalli ♀ri, qui ſubtiliſſime pulveriſati vocantur Cremor ♀ri, inde verò fit.

**Acidum ♀ri rubrum**, alias *Epaticum rubrum* vocatum, ſi pulvis criſtall. ♀. ℥iiij affunditur Rᴀ. Santali rubri ſpir. vin. & ſpir. ⊖li parat. q. ſ. *ut in mortario vitreo in pultis conſiſtentiam abeat: tunc leni calore ſenſim ſiccetur pulvis, & impragnatio reiteretur, tandem adde pro gratia ſachari uncias aliquot, miſce & ſerva.*

Vires cum acidis aliis ſunt, communes, calidis namque & tumultuantibus humoribus concentrandis & demulcendis ſunt dicatæ Doſ. ℈ß. & ultra.

**Acidum ♀ri** *Aluminatum* **antifebrile**, *Rolfinc. Chym.*

℞. Criſtall. ♀ri. ⊖. ana ℥iij. *coquantur in vaſe vitreato cum* ▽*æ* q. ſ. *donec omnia ſint ſoluta, tunc colentur, & in frigido criſtalliſentur ac pulveriſentur.*

Vires ſatis ſunt conſpicuæ in Febribus tertianis debellandis. Doſ. ℈ß. & ultra.

**Acidum ♀ri**, *Aronium* **cinnamomeum** *Rolfinci.*

℞. Acidi ♀ri ſubt. pulveriſ. ℥iij. rad. ari mund. inciſ. exiccat. & pulveriſat. ℥j. elæoſach. Cinamom. ℥ß. citri ʒ j. miſc. & ſerva.

Vires

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0018-7
DFG

Vires continet debilem ſtomachum confortantes cruditates acidas mitigantes, flatus diſcutientes, appetitum provocantes, &c. Doſ. ℨj.

## Acorus conditus *vulgar. P. A. R.*

℞ Conſerv. Rad. acori ℔iß. Mellis deſp. ℔j. Amygd. d. inciſ. ℔ß. pip. nigr. N. Moſch. Zingib. alb. ana ℥j. miſc. fiat conditum.

*Radices acori vulgaris mundatæ & in taleolos, minutiſſ. inciſ. decoquantur ad mollitiem in vino rubro poſtea contuſæ & trajectæ coquantur iterum cum dupla quantitate ſachari ad formam co ſervæ.*

Vires ſunt ventriculum frigidum & humidum confortantes, flatus craſſos diſſipantes, & coctionem promoventes.

## Æthiops Mineralis.

℞. Hydrarg. p. iiij. Flor. 🜍 p. iij. *agitentur in mortario vitreo, donec omnes globuli mercuriales penitus evaneſcant, & maſſa redigatur in pulverem fuſcum tenuiſſimum qui paululum aſſervatus maximè nigreſcit. Harris de morbis infantum acutis.*

Utitur eo in Lumbricis expellendis à ℈j. ad ʒß. mane & veſperi puero 13. annorum, corpus interea quarta quoque die laxando. p. 135.

Vulgari modo paratur, inquit, ex hydrarg. & Flor. 🜍. ana p. æq. hæc deflagrando, donec redigitur in pulver. nigrum.

## Alcaheſt Glauberi, ſive *Liquor Nitri fixi.*

℞. Nitri puriſſ. ℥iiij. *vel quantum plac. immitte cru-*

*cibulo fortiſſ.ign.ferventi & liqueſiat igne ſenſim aucto tunc injice* Carbones pulver. *his deflagratis alios injice, & hoc tam diu continua, donec injecti carbones non amplius flammam concipiunt, tunc effunde in mortarium calidum, & habebis Nitrum fixum cœrulei coloris.*

Hoc pulveriſ. & in loco humido poſitum ſolvitur in liquorem oleo ♀i per deliq. non abſimilem, quem *D. Iſrael. Profeſſ. olim Heidelbergenſis* pro *liquore Nephritico* ſummè commendabat.

Si carbonibus ſordidum factum fuit, ſolvatur, filtretur & evaporetur ad ſiccitatem, ac tunc in orbe vitreato poſitum in loco humido frigido, deliquio exponatur.

VIRES. *Præter inſignem vim Nephriticis exoptatum, eſt Menſtruum ſingulare gummitum & reſinoſarum rerum, quas ita reſerat, ut poſtmodum per Spirit. Vini genuina* ℞a *elici queat.* Superaffunditur vero liquor hic rebus, ut probè madefiant, tunc per noctem & diem fit digeſtio: ac poſt affunditur Spirit. Vini ad aliquot digitor. eminent: Sic brevi colorabitur, & fit Tinctura, optima, v.g. Myrrhæ, ſuccini, eſſentia Abſynth. &c. Vide *Rolfinc. Chym. & Collect. Leidenſ.*

## Aniſum ſolutivum. *P. A. R.*

℞. *Sem.* Aniſ. ℥vj. Diacryd. ℨiij. ℈ij. Maſtich. el. ℥s. *Spec.* de Gemm. frig. ℈ij. Diatrag. frig. *Cinamom. ac* Caryophyll. N. Moſch. ana ℈j. Sach. alb. ℔. v. ℥iiij. *Fiat* ſ. a. confectio.

*Convenit illis qui diacridio opus habent, hos optimè laxat.*

Anti-

## Antifebrile Crollii.

℞. Cochlear. long. teſt. affunde acetum, ſtet per noct. tunc extrahitur mucus, qui ſcopis æneis quibus aurifabri utuntur, abraditur: Poſtea hæ teſtæ calcinantur ad albedinem & pulv. vel quod melius absque calcinat. pulveriſantur, & ad uſum ſervatur pulvis.

VIRES. *Præcipitat Fermentum Febrile.* Doſ. ʒß. *Crollius exhibet ad* ℈ij.

## Antihecticum Poterii.

Diverſimode præparari ſolet. *Ettmüllerus* ℞. Reguli ♁. ſimpl. opt. depur. p. iiij. & Jovis, puriſſ. p. v. hæc fundit in regulum, tunc pulv. miſcet cum ⦶i triplo, & detonat, ac per horam in igne calcinat, ut fiat album.

*Wedelius* ſumit Regul. ♁. p. j. & Jovis p. ij. Hæc fundit in regulum & tunc pulv. cum ⦶ i triplo detonat, in calcem ex albo cæruleſcentem: quem cum aqua pluvia tepida edulcorat & terendo ſolvit, ut partes regulinæ in calcinatione enatæ ſeparentur.

*Baſileenſes & Scaphuſani Medici* ſumunt Reguli ♁ ♂ialis, & Jovis ana p. æq. fundunt in regulum, tunc pulv. miſcent cum ⦶i triplo & per vices detonant, ac pauliſper calcinant; poſtea rejiciunt in aq. frig. & edulcorant, ac craſſum à ſubtili ſeparant, tum ſiccant; & pulv. color. cærul. ſervant.

VIRES *prædicantur inſignes in phthiſica extenuatione & Hectica incipiente, in ſumme vero tabidis non ſemper tutum eſſe monet Binningerus ad Wepferum: Hinc cum humectantibus, utpote Decocto pectoral. Traumatico exhibere jubet.* Alias etiam optime conducit in mulier-

cularum tenerior. ebullitionibus: ut & in Ulceribus malignis inveteratis internè & externe applicatum. Doſis eſt à gr. iiij. ad vj. vel eousque aſcendendo, donec æger inde nauſeam percipiat, tunc paulum de doſi remittitur & ita continuatur: Operatio ſæpe fit per ſudores, ſæpe per urinam, ſæpe etiam per vomitum aut ſeceſſum. Vid. *Konig. Sel. Remed. Ludovic. p. 39. & Regn. min. pag. 44. Collect. Leidenſ. p. 62. &c.*

## Antimonium Diaphoreticum.

Fit ex ♁. p. j. & ⦶i p. iij. Subtiliſſ. invicem pulveriſatis & detonatis, poſtea edulcoratis. Pars verò quædam aſſervatur non edulcorata, utpote per ſudorem & urinam, potentius quam edulcoratum operans, vel & alvum ſimul laxans. Doſi ʒj.

Si in 🝭. tubulata fit detonatio, ſimul habetur Clyſſus qui optime adhibetur pro acidulanda ℞a *Bezoardica.*

VIRES ♁ *diaphor. ſunt in genere abſorbentes & dulcificantes.* Doſ. ℈j. ad ʒß. *interne;* & externe ſimul ulceribus inveteratis inſperſum optimè ſiccat & mundat.

*Nitrum poſt edulcorationem & evaporationem rurſus acquiſitum, & alcalicum factum, pellit urinam, & in nonnullis alvum laxat.* Doſ. ℈j. ſic & optimè additur clyſteribus pro ſtimulo.

## Antimonium Diaphoret. Martiale

*Cachecticum Ludovici optime fit hunc in modum.*

*Sume* Limatur. ♂. ℥ij. in crucibulo candefactis adde ♁. cru-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0022-8 DFG

♁. crudi ℥iiij. & maſſam ſpatula agita continue, ac *Scorias inde enatas ſepara*, & rurſus adde Limatur ♂ candefact. ℥ij. & funde, donec omne ♁ in ſcorias fuit redactum. Tunc ſcorias cum ⊕ itriplo ſubtiliſſim. pulveriſ. miſce & detona ac leniter & paulisper calcina: Poſtea edulcora & pulverem luteum ſerva.

VIRES *prædicantur inſignes in cachexia, lectro, Scabie, &c.* Doſ. ℈j.

## Antimonii Panacæa *Regulina.*

℞. ♁. pulch. ℥viij. vel x. Limatur. ♂. ℥iij. limaturæ ♂. candefactæ adde ♁. pulveriſ. & fluant probe, tunc per vices injice ⊖ ex ♀i & ⦶i detonatione facti ℔ß. ac ſine probè fluere per dimidiam horam, tunc effunde in conum ſuſorium, & refrigeratis omnibus ſepara regulum à ſcoriis.

*Regulum hunc depuratum immitte crucibulo, & in furno venti probè fluenti injice* ⦶i pulveriſ. *Cochlear unum*, tunc claude crucibulum & igne aucto urge fluxum, tunc rurſus cono fuſorio infunde & ſcorias ſepara.

*Regulum vero ita ſatis depuratum rurſus immitte crucibulo, & adde* ⦶ pulveriſ. ⊖is ex ♀o & ⦶o detonat. ana cochlear unum, ac funde forti igne & in fluore detine per 4. horas, tunc effunde in conum, & ſcorias ſepara ac ſerva; *Regulum vero rurſus tigillo immitte*, & pulveres prædictos injice, & procede, ut prius, & ita reiterato laborem, donec omnis regulus in ſcorias fuit redactus fortiſſimo ſemper & longo igne. Tunc ſcorias omnes pulveriſa & edulcora ac pulverem ſerva pro Panacæa.

VIRES. *♁ium diaphoreticum longe anteeunt in acido quovis domando, ſicque ſanguinem depurando*

*rando*. Doſ. ℈ß. ad ℈j. Et ſi ſumas *Panaceæ* hujus ʒj. & cum *diagrid.* △*rat.* ac *crem.* ♀ri ana ʒß. Mediante *rob. ebulino* Pillulas formes, piſi minoris magnitudine, habebis *univerſale purgans* Doſi gr. x. ad xx.

Item ℞. Minii pulveriſ. ℥vj. ☍ roſac. ℥xij. coque in conſiſt. Empl. tunc add. panaceæ modo doctæ ℥j. & pauliſper refrigeratis adde Camph. in ☍ roſac. ſol. ℥ß ac ſic fiet *Empl. Polychreſtum*, centum aliis præferendum, in variis ulcerum generibus, &c.

## Antimonii Sulfur, *Cardilucio Centaurium minerale* vocatum.

℞. ♁. pulcherr. ⦶i ♀i crud. ana pulv. p. æq. miſce & fluant in tigillo pauliſper, tum effunde, & regulum ſepara, ſcorias vero pulv. & cum aq. fontan. coque, coctam & imprægnatam aquam decanta, & inſperge acetum, ſic Sulfur ſeparari incipit inſtar Hepatis, à quo per ſaccum lineum aqua coletur, & maſſa in ſacco remanens ſenſim exſiccetur, & pulveriſetur ac ulterius edulcoretur: Doſ. à gr. v. ad gr. xij. addito parum ſachari. *Præbet vomitorium ſecuriſſimum.*

## Antimonii Vitrum.

Fit, ſi ♁. pulv. ſubtil. ponitur in olla, ſive orbe terreo lato non vitreato ſupra lenem ignem, ſemper id ſpatula lignea (ne conglomeretur) movendo donec fit cineri coloris, & fumare ceſſat tunc ſtatim fundendo, & effundendo in pelvim æneam calefactam. Vitrificatio hæc optime inſtituitur cœlo ſereno: cave etiam, ne ferrum vel ferrum continens quid in operatione accedat, alias in ſcorias redigitur ♁ium loco vitri.

Virium ratione præbet Vomitorium violentum, hinc nunquam datur in ſubſtantia ſed in infuſo in vino à gr. iij. ad ℈ß.

Vel ex Vitro fiat.

## Antimonii Sapa.

V. g. ℞. Vitri ♁. ſubtiliſſ. pulver. ℥j. Muſti recentis, ſive ſucci cydon. aut pomor. ℥xij. Digere per dies 14. tunc cola liquorem per pannum duplicatum, & evapora ad conſiſtentiam ſyrupi. Cujus Doſis ʒs. ad ʒj. & ultra optime purgat per vomitum & ſeceſſum.

## Antimonii Regulus Medicinalis.

℞. ♁. opt. ℥v. ⊖. comm. ℥iiij. ⊖ ♀. probe calcinat. ℥j. miſceantur exacte terendo, tum committantur crucibulo, & fundantur forti igni, donec maſſa fluat inſtar aquæ, tum effundatur in conum fuſorium, calidum ſævo illitum, ac refrigeratis regulum ſepara, colorem ſcoriarũ ferri referentem, qui teratur in pulverem obſcure rubentem, & ſervetur non edulcoratus, vel & edulcoretur & ſervetur.

Vires ♁. *diaphoreticum longè exſuperant*, eſt enim optimum Febrium tertian. remediũ corpore purgato. Doſis eſt gr. xv. ad gr. xxv. cum ⊖ e Card. ben. datum, &c.

## Aqua Acuſtica, *ſive ad Auditum Mindereri Ph. Aug. R.*

℞. *Herb.* Roriſmar. major. Lavend. Salv. hort. Rut. orig. Pol. mont. *Flor.* Sambuc. ana p. j. Spicæ Rom. p. s. *Bacc.* Laur. Junip. ana ʒij. *Rad.* Ireos. Illyr. Cyperi rot. Valer. Leviſt. Cyclam. ana ʒß. Pyrethr. ʒj. Bryon. Cucum. aſinin. raphan. *Cæpar.* ana ℥jß. *Coloc.* ℈ij. *Nucl. Perſic. Sem.* Raph. Rutæ ana ʒß.

Fœ-

Fœnic. *Caſtor.* ana ℨiß. Inciſ. contuſ. adde Galban: in ℥is. Aqua Aur. Lang. ſolut. ℨij. Urin. Capræ, vel in ejus defectu pueri ℥viij. *Aceti* Scyll. Rutac. ana ℥viij. ∽ Junip. ℥ij. Facta per viginti horas maceratione deſtilletur lento igne in Balneo, deſtillatum miſceatur cum Spir. Roſ. ℨj. & ſervetur uſui.

*Conducit vero ad varias auditus, læſiones ſurditatem, tinnitum, ſibilum ac ſtrepitum aurium ab humore, vapore vel flatu provenientem, ſi ejus veſperi cum goſſipio guttulæ aliquot auri immittuntur.*

## Aqua Alexipharmaca, *Amſtelod.*

*Margraff. Mat. Med.*

℞. *Nucum*: Jugland. immatur. cum corticibus externis viridibus menſe Junio collect. & contuſ. ana ℔ij. *Herb.* Card. ben. Meliſſ. Rutæ. Scabioſ. Scordii ana ℥ij. Conciſis affunde Aceti vini q. ſ. ut aliquot dig. emineat. tandem deſtilla ex cucurbita vitrea ſatis ampla nec nimis alta in M B. bullienti, quamdiu aliquid prodit quod 24. horis abſolvitur, tunc ſpiritum limpidum ſerva.

VIRES *quod attinet, incidit, penetrat, ebullitiones compeſcit, ſudorem movet, putredinem arcet, &c.* Doſ. ℥ß ad ℥j. *cum Theriaca, Diaſcordio, vel per ſe data.*

## Aqua Angelicæ Peſtilentialis,

*Collect. Leidenſ.*

℞. Rad. Angelic. Imperator. petaſitid. Valerian. ana ℥ß Sem. Angel. leviſtici, Baccar. Junip. ana ℨvj. Spir. Vini menſ. t. per tempus infuſum deſtilla, vel absque deſtillatione filtra & ſerva, Doſ. eſt cochlear j.

Aqua

## Aqua Anhaltina, *Ph. Nor.*

℞. Thereb. el. ℔ß. Thuris maſculi ℥j. gr. Maſtich. Caryophyll. *Flor.* Anthos, Nuciſtæ, Cubebar. Galang. Cinamom. ana. ʒvj. *Sem.* Fœn. Bacc. laur. ana ℥ß. Pulveriſ. infund. in Spir. Vin. rectif. ℔v. digerantur per 6. dies, tunc deſtillentur leni M. B. calore, quod clarum eſt ſeparetur à turbido, & immittantur Ligni Aloes pulveriſ. ℥iij. & ſi completa deſideratur adde Moſchi gr. xv.

Vires continet inſignes in ſtomacho roborando & calefaciendo, ac calculo pellendo item Colica, Menſibus ſuppreſſis. Externè vero crebrior eſt ejus uſus in catarrhis & doloribus à cauſa frigida, in arthrid. vaga. Paralyſi, Epilepſia, Apoplexia, vertigine, tremore, &c. ſi parti affectæ probe infricatur. Sedat etiam dolorem dentium applicata.

## Aqua Antimelancholica, *P. A. R.*

℞. *Rad.* Bulg. ℥ij. *Flor.* Borrag. Bugloſſ. Anthoſ. ana ℥is. *Croci Orient.* Integr. ʒj. carnis ſive pulp. Cydon. Pomor. dulc. odorat. ana ℥ij. Citri cum cort. contuſ. ℥iß. Conciſa miſce & infunde in Vini albi opt ℔iis. Macerentur horis viginti quatuor poſt deſt. in Baln. deſtillatum reſtituatur capiti mortuo digeratur & denuo deſtill.

*Conducit variis Melancholiæ ſpeciebus, mentis torporem & ſtuporem tollit, timores & mærores profligat, &c.*

## Aqua Antinephritica *Amſtel.*

*Margraff. Mat. Med.*

℞. *Rad.* Raph. Sylv. ſive ruſtican. ℥iiij. Glyzyrrhiz. Ono-

Ononid. Petroſel. Pimp. ana ℥ij. *Lign.* Nephrit. interior. Saſſafr. ana ℥iij. *Fol.* Hæder. 🜄. Ribeſior. nigr. Bethon. Chærefol. Fragar. ana m. ij. *Sem.* Fœnic. Urtic. *Bacc.* Alkekeng. ana ℥ij. Juniper. ℥j. Inciſa cont. macerentur in ſucci Hæder. terr. & Vini albi ana q. ſ. per tres dies & noct. tunc deſt. ex M.B. in Cucurbita humili ad ſiccitat. & liquorem ſerva.

Vires *habet ſpecificas in renum & veſicæ calculo, hinc urinam pellit, aperit, attenuat, reſolvit.* Doſ. ℨß. ad ℨj.

## Aqua Antiſcorbutica, *Bontekoe.*

℞. Cinam. ℥iiij. N. Moſch. ℥ij. Macis ℥j. Caryoph. ℥ß. Cort. citri rec. numero 8. Arant. rec. num. 4. Acori veri ℥iß. Croci ℥iij. Conciſis & contuſis affunde Spirit. Vini opt. menſ. ij. ſtent donec Spir. Vini optime imprægnatus eſt. Doſ. cochl. j. vel alterum ſæpius hauſtum.

## Aqua Antiſcorbutica, *Dorncr.*

*Pharm. Aug. Renov.*

℞. *Rad.* Raph. Sylv. acerrim. ℔iiij. Polipod. q. mund. *Cort. Rad.* Cappar. ana ℥ß. *Sem.* Fœnic. ℥j. *Cardamom.* ℥ij. *Croci or.* ʒj. *Radices Raphani* incidantur in orbiculos tenuiſſ. reliqua vero pulveriſentur & ſimul infundantur in Vini albi opt. ℔xvj. & ſtent in infuſ. in loco calid. per octiduum, vaſe quotid. agitato, deinde adde Aq. cochl. Becabung. Naſt. aqu. ana libr. jß. Chamædr. ver. Fumar. ana libr. jß. Seri lact. Capr. ℔. jß. miſce & deſtill in B. igne leniſſ.

Conducit Scorbuticis, liberat obſtr. Lienis, emollit, & attenuat humorem melanchol. eumque per meatus conven. ſenſim evacuat.

Aqua

## Aqua Antiſcorbutica, *Calida ex ſuccis Timæi.*

℞. *Succi* Cochlear. Naſturt. aquæ ana libr. iiij. Beccabung. libr. ij. Fum. libr. iij. Abſynth. ℔. j. ß. Cortic. intern. virid. abietis ℔. j. Strobil. abiet. ℔ß. Cortic. citri ℥iij. Aurant. ℥ij. Vini Rhen. opt. ℔vj. mixta deſtillentur.

## Aqua Antiſcorbut. Frig. *Timæi, ex ſuccis.*

℞. *Succi* Becab. libr. iiij. Cochlear. Naſturt. multib. Rubi Idæi ana ℔ij. Cichor. Endiv. ana ℔j. Acetoſ. ℔ß. Citri ℔j. *Seri Lact. Capr.* ℔iiij. Mixta deſtillentur ex vaſis vitreis.

## Aqua Antifebritica, *Timæi.*

℞. *Herb.* Card. ben. Cent. min. Quinquefol. Card. mar. ana m. ij. *Rad.* Gent. ℥iß *Succi* Abſynth. potentill. Card. ben. ana ℔. ij. ▽. Cent. min. ℔ iiij. mixta deſtillentur.

## Aqua Antihectica, *Timæi.*

℞. Ung. caball. Capill. Ven. Lentiſc. paluſtr. Endiv. Epatic. Cichor. lact. Portul. acet. Borr. Buglosſ. Roſ. pallid. Fl. Nymph. ana q. v. Ex omnibus recentibus exprimatur ſuccus, ex vaſis vitreis deſtill. Cum hâc aqua fiant Emulſ. amygd. d. pinear. & ſem. quat. frig. quotid. aſſumendæ.

## Aqua Antihectica, *Schröder.*

℞. *Herb.* Hyſſop. heder. ♁. Rorell. Centaur. min. Adiant. Scabioſ. Cich. Pimpinell. Quinque fol. Acet. Epatic. Pulm. *Flor.* Borrag. Bugloſſ. Papav. err. Roſ. r. ana p. ij. Sem. 4. frig. maj. ana ℥ij. *Rad.*

Cichor. Enul. ana ℥s. Pimpinell. ʒs. *Cancror. Fluv.* Contuſ. num. xxv. miſce & cum lacte Caprino infunde & ex M. B. deſtilla.

VIRES Hectica laborantibus dicatæ ſunt, acrimoniam enim obtundunt, & nutritionem emendant.

## Aqua Antihect. alia.

℞. Cancr. fluv. num. xxx. Lact. caprill. menſ. ij. conſerv. Roſar. ℥j. ſtent donec cancri moriuntur, tunc contuſis adde Herb. & Flor. bellid. min. m. ij. herb. & flor. tuſſil. flor. roſar. ana m. j. miſta deſtill. per alembicum, & ſerva.

## Aqua Aperitiva, *Timæi.*

℞. *Rad.* Fœnic. aſpar. Petroſel. liquir. ana ℥j. Polip. q. ℥iß. *Herb.* Fumar. m. ij. Agrimon. capill. ♀. Cuſcut. Cichor. Endiv. Beton. Scolopend. ana. m. j. *Flor.* borrag. Centaur. minor. Bugloſſ. geniſt. ana ms. *Sem.* Aniſ. Fœnic. ana ʒiij. *Summit.* lupul. m. j. *Cort.* Tamar. Frax. cappar. ana ʒvj Paſſ. min. maj. ana ℥iij. Inciſis & conquaſſ. affunde ▽. Fum. Agrim. ana libr. iiij. Cichor. Fœn. Beton. ana libr. iij. mixta deſtillentur.

VIRIUM *ratione* obſtructionibus viſcerum reſerandis melius inſervit ac aqua aperitiva Schröderi licet non ex omni parte virgulam *Frid. Hoffmann.* de aqua illa *Schröderi* ſupterfugiat. vid. Clavem Hoffmanni p. 45.

## Aqua Apoplectica, *Langii,*
### *ſive Mirabilis: Aug.*

℞. *Flor.* Prim. ver. Roriſmar. *Fol.* major. Ivæ Arthet. ana m. j. *Rad.* Cal. arom. Ireos. Ariſtol. rot.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0030-2
DFG

ana ℥ß. *Sem.* Siler. mont. Pœon. Fœnic. ana ʒj. Cubeb. N. moſch. Caryophyll. ana ℈iiij. Cinam. Ligni aloes ana ʒij. Piper. longi, Sagapen. Opopon. Myrrhæ, gummi Juniperi ana ʒiß. *Aquæ* herb. Paralys, Salv. Beth. ana libr. j. *Flor.* Thiliæ, libr. iß. Stent omnia mixta in infuſione per dies octo, tunc leni arenæ calore deſt.

Quoad Vires eſt egregia & mirabilis in præſervatione ab Apoplexia, & omnibus affectibus nervorum frigidis, curans paralyſin, ſpaſmum, torturam oris, & loquelam reſtituens.

## Aqua Apoplectica ſpirituoſa, *mihi uſitata ex aliis ſelecta.*

℞. *Flor.* Lilior. convall. Anth. Lavend. Thiliæ Baſilicon. Mari ver. ana ℥ij. *Herb.* Salv. major. Serpill. Roriſm. Thymii ana m. ij. Inciſis affunde vini generoſ. & ſpir. Ceraſ. nigr. per fermentat. parat. ana q. ſ. Tunc digeſtione per dies vj. facta, deſtilla, & in ▽a prolecta rurſus infunde Cinamom. Cardamomi, macis. N. Moſch. Cubebar. Caryophyllor. Zedoar. Angelic. Tormentill. ana ℥j. Maceratione rurſus facta deſtilla per veſicam, & aquam primo egredientem ſerva, & ſi lubet in aliqua ejus parte ſuſpendatur in nodulo moſchus & ambra; in alia vero parte caſtoreum pro fœminis.

Virium *ratione*, medetur Apoplexiæ, Epilepſiæ, Vertigini, & aliis capitis affectibus. Doſ. cochl. unius. Externe vero naribus admovetur & temporibus ac pulſibus vel membris affectis illinitur.

Vix ullum huic compoſitioni ingrediens ineſſe



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0031-8

credo, quod non exoptatas de ſe fundat, & per deſtillationem liquori communicet vires.

## Aqua Apoplectica, *Ludovic.*

℞. *Aquæ* Lilior. Convall. ſpirituoſæ, *è recentibus floribus absque fermentat. moderato igne abſtractæ* ℥xij. Utriusque ſpicæ noſtratis *ex herba & floribus deſtillatæ* ſpirituoſæ, ℥iiij. *miſce & ſerva.*

Hanc aquam tam per ſe, quam cum aqua quadam aromatica v. g. *Cinamomi*, &c. extempore mixtam, id præſtare, aſſerit *Ludovici*, quod tot ſpiritus & aquæ Apoplecticæ, cephalicæ, mirabiles, ſalviatæ, lavendulatæ, &c. largiter promittunt, at parum ſervant, utpote quæ vel intenſiori caliditate vel incompetenti dulcoratione affectus potius exaſperant quam mitigant. Imo effectum, qui vulgo aquis picarum & variis hirundinum adſcribitur, melius obtinuimus, inquit ſi aquæ modo dictæ vel *Spir. CC. rectif.* aut *Eſſentia Caſtorei*, vel *Acetum medicatum*, aut *rutaceum* ſaltem permiſceatur: Si tamen quis magis compoſitam vel diffuſam deſideret, poterit ſimul addere *aquam ſpirituoſam Majoranæ* vel *Thymi* noſtratis aut *Serpilli vulgar. &c. Ludovic.* diſſertat. 1. de nervin. p. 497.

## Aqua ad Ardorem Urinæ, *Mynſ.*

℞. *Rad.* Glyzyrrh. alth. malv. min. Ireos. flor. ana ℥ij. Pinearum mund. Amygd. d. ana ℥iß. *Sem.* Melon. excort. Cyd. apii, Papav. alb. Endiv. Lact. gran. Alkekeng. Myrtill. *Caſſ.* fiſtul. Galang. min. *Herb.* Vio-

Violar. Bellid. min. Veron. ana ʒij. *Inciſa, contuſa infundantur in aq. ſeq.* Flor. Papav. err. Malv. utriusque ana ℔iß. Plant. Portul. Violar. Lact. Fol. querc. Nummul. ana ℔. j. *Digerantur per aliq. dies poſtea deſtill.* ex M.B.

V IRES: ardorem urinæ mitigat, lotii acrimoniam demulcet & ſi quid in viis urinariis exulceratum eſt, detergit, glutinat, & cicatrice tegit, Doſ. ℥j. ad ℥iij.

## Aqua Aromatica, *Phar. Norimb.*

*per infuſ. paranda.*

℞. Cinam. ℥ß. N. Moſch. ʒij. Macis, Galang. Garyophyll. gran. Paradiſ. Flor. Roriſmar. Lav. ana ʒj. Cardam. Cubeb ana ʒß. pulveriſata infundantur in *Vini Malvatici* menſ. j. & ſervetur uſui.

V IRES *ſunt inſignes in confortando Stomach. cerebro, &c.* Doſ. *Coch. unius aut alterius.*

## Aqua Arthritica, *Pharmac. Aug.*

*Renov.*

℞. *Flor.* Chamæm. *Fol.* Puleg. Lavend. major. ana ℥j. Roriſmar. ℥iij. Chamæpit. Salv ana ℥ij. *Myrrh. el.* ℥ij. Caryophyll. Cinam. ana ʒij. *Rad.* Pœon. ℥ß. Pyrethri, Ciper. rot. Ireos. Illyr. ana ʒiß. *Cardam. min.* Cubeb. ana ʒj. N. Moſch. ℥ß. Infundantur in ℔. iiij. Spir. Vini rect. ſtent in infuſione vaſe bene clauſo per dies 14. Poſt. deſt. in M. B.

Conducit tremulis, paralyticis ac pareſin è Colica perpeſſis membris, & juncturis virium jacturam reſarcit, nervos roborat, & frigidis articulorum morbis opitulatur.

## Aqua Arthritica, *alia juxta Mollenbröck de arthrit. p.* 278.

℞. Ovorum formicarum menſur. j. Vini generoſ. menſ. vj. Deſtilla & huic deſtillato infunde, ſummit. pini m. iiij. Bacc. Junip. libr. ß. *Flor.* Lav. Anthoſ. Salv. Summit. Arb. vitæ ana m. v. Fol. Laur. m. iij. Cubeb. ℥iij. poſt infuſionem deſtilla iterum, ac liquori egreſſo ſpirituoſo adde Rad. Pyrethr. ℥iij. Stent ita per longum tempus infuſa, tunc filtratæ aquæ ſume ℥iiij. Spir. lumbric. 🜄 ℥ij. cochlear. rectif. ʒij. m.

VIRES *ſunt inſignes ſi externè ſæpius infricatur membris paralyticis & arthritide correptis.*

## Aqua Antiparalytica, *Margraff. Mat. Med.*

℞. *Rad.* Salſ. Parill. *Lign.* Guajac. ana libr. iß. Saſſafr. ℥iiij. *Herb.* Beton. Calam. mont. Chamæd. Chamæp. Hyſſopi. major. Orig. Marrub. nigr. Prim. ver. Puleg. Roriſmar. Salv. Serpill. Thym. *Flor.* Calend. Stœchad. ana m. j. *Bacc.* Junip. ℥j. Conciſa & contuſa infunde in Spir. vini q. ſ. per dies & noctes tres tunc deſtilla per M. B. Liquori deſtill. adde *Rad.* Coſti amari, Pyrethr. Zing. *Sem.* Sinap. alb. *Caryophyll. Piper. Cinam. Styrac. calam. Caſtor.* ana ʒ1. Digere per aliquot dies & noctes, tunc filtra per linteum & ſerva.

VIRES, Calefacit ſiccat, attenuat, reſolvit, aperit; eſt Stomachica, Cephalica, Uterina, externe & interne exhibita, Doſ. ʒij. ad ℥ß.

## Aqua Aſthmatica, *P. A. R.*

Recip. *Rad.* Enul. ℥ij. Ireos flor. ℥iß. *Herb.* Hyſop. pulm. Salv. hort. ana m. j. *Sem.* Aniſ. Fœnic. *Cinamom.* acut. ana ℥ß. Cardamom. ʒij. Croci ℈ij. Spir. Vini libr. j. Aqu. Scabioſ. Tuſſil. Veron. ana libr. ß. Digerantur per triduum, tunc deſtilla ex M. B.

Quoad VIRES medetur thoracis & pulmonum morbis à craſſis & viſcidis humoribus productis, difficilemque reſpirationem emendat.

## Aqua Bardanæ, *Compoſ. Ph. Aug. R.*

Rec. *Rad.* Bardan. rec. vincetox. rec. *Cort. med.* Rad. Frax. ana ℔ß. Minutim inciſa infundantur horis viginti quatuor in vini albi odoriferi & aceti rutacei, ana ℔. v. poſtea deſtilla in B. M. addendo poſt deſt. Spir. Sulf. Acidi q. ſ. pro manifeſto acore & ad ſingulas libras egreſſi *Camphor.* ℈ß. quæ in modulo ligata huic liquori immerſa pendula permaneat.

VIRES, Sudores potenter prolicit, venenatorum humorum malitiam temperat, atque ab infectionis & putredinis miaſmate ſanguinem liberat.

## Aqua Bryoniæ *compoſ. Ph. Lond.*

Recip. *Succi* Radic. Bryoniæ ℔. iiij. *Fol.* Rutæ, Arthemiſ. ana ℔ij. Sabin. ſiccat. m. iij. Matricar. Nepet. Puleg. Reg. ana ℔. ij. Ocimi, Dict. cret. ana m. iß. *Cort.* Aurant. Flav. rec. ℥iiij. Myrrhæ ℥ij. Caſtor. ℥j. Vini gen. ℔ xij. Digerantur per quatrid. Vaſe idoneo mox fiat deſt. deinde ſub medium deſt. expreſſio & colatura, & tandē per deſtillationis continua-

tinuationem, & tincturæ inſpiſſationem fiat Extr. Hyſtericum.

VIRES Aquæ in Menſibus ſuppreſſis, & obſtructionibus uteri reſerandis ſunt ſatis expertæ.

## Aqua Benedicta, *Serpilli Mynſichti.*

Rec. *Herb.* Serpill. cum flor. mane ante ſolis ortum decreſcente Luna collect. ℥viij. Chamom. Roman. ℥ij. Saturejæ, Thymi ana ℥j. Infund. in vini gener. ℔. viij. ſtent in infuſione per dies aliquot, tunc deſtill. In liquore deſtillato iterum infunde Herb. Serpill. cum flor. ℥viij. Caſſ. lign. ℥j. Lign. Aloes, Macis ana ℥ß. Inciſa denuo poſt debitam macerationem in M. B. deſtilla & ſerva.

VIRES ſunt inſignes in omnibus catarrhis & defluxionibus prohibendis & præcavendis, tum & cerebro, ac ventriculo frigido calefaciendis. Præter hæc Urinam ciet, calculum pellit & colicos dolores mitigat, Flatus diſſipat, menſes promovet, &c. Doſ. ab ℥ß. ad ℥j. vel ℥ij.

## Aqua Caponis, *compoſ. Phar. Aug Renov.*

Rec. Caponem eviſceratum atque in fruſta inciſum, depoſita pinguedine in olla capaci, & probe occluſa decoque in ſ. q. aq. font. ad debitam mollitiem tum contunde in pultis formam, cum brodio dilue & exprime, poſtea

Rec. Brodii ℔. iiß. *Aq.* Borrag. Bugl. ana ℔. iß. *Flor.* Roſ. Violarum, Bugloſſ. Borrag. ana ℥ij. Cinam. el. ℥j deſtilla ex Cucurb. vitrea, ſ. a.

Vires

Vires ſunt analepticæ, hinc admodum conducit Tabidis, Conſumtis, & longo, morbo exhauſtis.

## Aqua Caponis, *Mynſichti.*

Rec. Caponem, *quem coque in olla nova vitreata*, ſ. a. *cum* Paſſular. min. Pinearum, Rad. Glyzyrrh. ana ℥j. Jujub. ſelect. ana num. xij. Caricarum recent. num. viij *Herb.* Pulmon. Endiv. Farfar. Lact. ana ℥ß. *Flor.* Violarum, Beton. ana ʒj. Peracta decoctione contuſis omnibus in mortario lapideo adde Vini Canar. recent. ℔. iij. ▽. Tuſſilag. Marrub. Bugloſſ. ana ℔. j. Mic. Pan. alb. in lacte Caprill. macerat. ℔ß. Conſerv. Borrag. Roſar. Polytr. ana ℥iiij. Spec. Diamargar. frig. ℥ß. Cinamom. acut. Macis, Sem. Aniſ. ana ʒij. Mixta per alemb. ex M. B. deſtilla ſ. a. & liquor edeſtillatus ſervetur.

Conducit egregie morbis Pectoris, nimirum Tuſſi, Phtiſi, Aſthmat. &c. Doſ. Cochl. j. ad ij. & ultra.

## Aqua Carbunculi, *Phar. Aug. R.*

Rec. *Flor.* Roriſmar. Lilior. convall. Violarum, Borr. ana ℥iij. Lavend. ℥j. *Herb.* Major. Salv. *Nuc. Moſch.* Macis, Zingib. Caryophyll. Cinam. Galang. *Bacc.* Junip. viſci Quercin. *Sem.* Pœon. ana ℥ß. *Card.* ℥j. Vini Malv. *Aq.* Frag. Roſ. Lav. ana ℔iij. Fiat infuſio per octiduum in loco tepido, tunc ſ. a. deſtilla, liquori deſtillato, ſplendoris cauſa aliquot foliola auri immergi ſolent.

Vires: Spirituum animal. vigorem conſervat, & auget, nervoſum genus roborat eorumque affectus frigidos emendat: convenit item

in Colica & dolore Uterino: In genere vero pro Epithemate cordi & pulſibus applicari ſolet pro confortante.

## Aqua Carminativa, *Dorncreil. Ph. Auguſt. Renov.*

Recip. *Flor.* Cham. Rom. m. XXXIII. *Cort.* Arant. exter. ʒvi. *Herb.* Abſynth. Pont. m. ß. Cent. min. Puleg. origan. *ana* p. j. *Sem.* Aneth. ℥ij. Aniſi, Fœn. *ana* ℥j. Carvi ℥ß. Card. ben. ʒij. Card. Mar. ʒvj. Inciſa & contuſa infunde per octid. in ▽ Chamom. ℔. viij. Poſtea ex MB. deſtilla.

Quoad VIRES roborat ventriculum, diſcutit flatus unde in Colica flatulenta inſignis eſt efficaciæ.

## Aqua Carminativa, *Norimb.*

Rec. *Flor.* Cham. Rom. m. XXX. Inciſa infundantur per horas 24. in ▽ Chamill. ℔. XV. Vini generoſ. ℔. vj. hinc exprime fortiſſ. in colatura iterum infunde per 24. hor. alios flor. Cham. comm. m. XXIV. tunc exprimantur & colentur. In colatura macerato Fl. Chamomill. m. XII. Flav. Cort. arant. ℥iß. *Herb.* Abſynth. Pont. m. ij. Cent. min. Puleg. orig. *ana* m. iiß *Sem.* Anethi ℥iij. Aniſi, Fœnic. *ana* ℥iß. Carvi, Cumin. Card. bened. Card. mar. *ana* ℥j. *Bacc.* Junip. Lauri *ana* ℥ß. Stent. 24. horis, tunc in MB. deſtilla.

Quoad Vires minimè, cedit aquæ carminativæ præcedenti.

## Aqua Carminativa, *Riverii.*

Recip. *Flav.* Cort. Citri, Arant. *ana* ℥iß. Cal. arom. ℥i. Galang. ℥iij. Cinam. & ſem. Aniſi, Fœnic. *ana* ℥ii. Cumin. ʒvi. *Bacc.* Junip. recent. ℥ß. Lauri ℥iii. mi-

minutim inciſis affunde vini Malv. ℔vi. Stent in loco calido per 6. dies, poſt deſtilla ex MB.

Vires inſiſignes poſſidet, in Colica flatulenta, &c. datur ejus cochlear. unum aut alterum in prandio & Cœna.

## Aqua Cinamomi, *Cordial. Auguſt.*

Rec. Aq. Borr. Bugloſſ. Roſ. Violar. *ana* ℔i. Cinam. el. ℥iij. *Poſt triduanam infuſionem fiat deſtillatio.*

Vires ſunt egregie confortantes.

## Aqua Cinamomi *Cidoniata.*

Recip. Succi Cydon. recent. expreſſ. ℔iij. Cinamom. el. ℥iiß. Fiat infuſ. per trid. poſt deſtill.

Vires ſunt eximiæ in corde & ſtomacho roborando.

## Aqua Confortans, *Uſitata, Aug.*

Rec. Aq.Ceraſſ. nigr. Roſ. Borrag. Bugloſſ. Violar. Thiliæ *ana* ℥vi. Aq. Cinamom. opt. ℥iß. Margar. pulveriſat. ℈ii. Corall. alb. pulv. ʒi. CC. phil. pulv. ℈iiij. Sachar. perlati ℥v. miſc. pro uſu.

Vires in omni languore & virium debilitate ſunt conſpicuæ, atque generale quaſi eſt confortans omni ætati & ſexui ac morbo accommodatum.

## Aqua contra Calculum, *P. N.*

Rec. Vini Malvat. menſ. iß. Nucl. Perſic. num. 50. Ceraſ. acidor. num. 100. Flor. Sambuc. ℥iiij. Deſtillentur ex MB.

## Aqua Cordialis *ex ſuccis Timæi.*

Rec. *Succi* Ceraſ. acid. ℔iiij. Rubi Idæi ℔iij. Roſar. r. & Pallid. *ana* ℔j. Granat. Acido dulcium ℔ß.

Citri ℔iij. Borrag. Bugloſſ. acetoſell. ana ℔j. Ribium. ℔iß. Pyrorum, Moſchatell. ℔ij. Mixta deſtillentur ex vaſis vitreis.

## Aqua Cordialis, *Frig. Saxoniæ. ex Pharm. Londin.*

Rec. *Succor.* Borrag. Bugl. Meliſſ. Biſt. Tormentill. Scordii, Verben. Oxylapathi, Acetoſ. Rutæ caprar. Mirrhidis, Cyani maj. & min. Roſar. calendul. Limon. citri *ana* ℥vj. Pimpin. Pentaphyll. *ana* ℥iij. Aceti vini alb. ℔j. *Sem.* Portulac. ℥ij. citri, Cardui *ana* ℥ß. *Flor.* Nymph. ℥ij. Borrag. Bugloſſ. violarum, Tunic. *ana* ℥j. *Spec.* Diatr. Santal. ʒvj. Infunde omnia ſimul ritè pulv. per dies tres, deinde deſt. vitreis organis, & deſtillato liquori adde 🜄. Lemn. Sileſiac. Samiæ *ana* ʒiß. Margar. cum acido citri pulveriſat. ʒiij. miſc. & ſerva.

Datur ab ℥j. ad ℥iij. *Vide de hac aqua dignam cenſuram Frideric. Hoffmanni in clave Schröder.*

## Aqua Cordialis Frigid. *Ph. Nor.*

Rec. Roſarum r. contuſ. ℔ß. Santal. alb. Citrin. *ana* ℥ß. Flor. Cord. *ana* ℥ij. miſce & infunde in 🜄 & ſucc. ſeqq. ſcil. Acetoſell. Nymph. fragor. violar. Borrag. Bugloſſ. Succii rubi idæi *ana* ℔j. Cydon. depur. Limon. depur. Citri depur. *ana* ℔ß. Mixta digerantur per aliq. dies poſtea in M. B. per alembicum abſtrahantur addendo 🜄. Cinam. Fl. Cordial. ℔iß. miſce & ſerva pro uſu.

## Aqua Cordialis Frigida, *Frideric. Hoffmann.*

Recip. *Flor.* Nymph. alb. rec. Borrag. rec. Bugloſſ. rec. *ana* ℥j. *Fol.* Mel. Cit. m. vi. *Cort.* citri recent. extim.

extim. de Pom. numero vj. *Santal.* Citrin. inciſ. ℥j. *Flor.* Roſ. rubr. muria condit. m. vj. Inciſ. & contuſ. infunde in Aq. Acetoſ. rec. deſt. Flor. Borrag. *ex vitreo deſt.* Mel. Citr. rec. deſt. Pomor. redol. per ferment. parat. Ceraſor. n. rubi Idæi *ana* ℔j. Deſtilla per alembicum vitreum deſtillato adde Succi Citri optimè depurati recentis q. ſ. Pro grato acore Spir. Cortic. citri ad ſingulas libras, ℥ß.

Vires *ſunt inſignes in Febribus ardentibus & malignis vel per ſe, vel cum aliis maritata.*

## Aqua Cordialis Odorata, *Timæi.*

Rec. *Fl.* Roſ. rubr. Pallidar. *ana* m. iij. Viol. tun. ana m. j. Jaſmin. Thil. Calend. Borr. Bugl. *ana* p. ij. Pom. citr. rec. n. v. Aurant. num. iij. Styr. cal. ʒvj. Cinam. acut. ℥iß. Caryoph. ℥ß. Mac. ʒiij. Lign. Rhod. ʒvj. Sant. citr. albi *ana* ʒiij. Rad. Ireos. flor. ʒvj. Inciſis & conquaſſatis affunde Aq. Roſ. fragr. ℔. iiij. Lavend. ℔iij. Mel. ℔ij. Fragor. Rubi Idæi *ana* ℔j. Mixta deſtillentur.

## Aqua Cordialis temperata,

*Aug. Renov.*

Recip. Cinam. acutiſſ. ℥iij. ʒij. Cortic. citri exter. ℥ß. Lign. Aloes opt. ʒij. Santal. citr. ℥ ß. Sem. Ocimi, Caryophyll. ʒiij. Galang. Garyoph. Macis, Nuc. Moſch. *ana* ʒ iß. Cardamom. ʒiij. Flor. Lavend. ʒj. Borr. ℥j. Roſ. ℥iiß. Anth. ʒß. Croci Auſt. ℈ij. Typharum ſucculent. C. C. junioris recenter capti ℥iiij Inciſa & trita infundantur in V. Malv. Succi Pomor. redolent. è Rubo Idæo *ana* ℔j. Aq. Borrag. Bugloſſ. *ana* ℔iß. Roſar. ℔. ijß. Ceraſor. nigr. Meliſſ. *ana* ℔ß. In vaſe vitreo probè clauſo diebus octo, deinde in Balneo deſtillentur, in cujus



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0041-3

liquoris media parte infundantur Ambræ griſ. veræ, Moſchi Orient. *ana* gr. vij. *Reliqua medietas ſervetur incompleta.*

Vires ſunt inſignes in corde & cerebro confortando, hinc Apoplecticis Cardiacis Paralyticis commodiſſimè exhibetur, inſuper analeptica eſt, & à morbis reconvaleſcentes inſigniter roborat.

## Aqua C. C. citrata, *Waldſchmidt.*

Rec. Raſur. C. C. ℥vi. Pomor. citri cum cortic. & ſemin. num. iv. infunde per 3. dies in ▽ Roſ. Scabioſ. Acetoſ. Card. bened. Meliſſ. Scordii *ana* ℔iij. Poſtea deſtilla & uſui aſſerva.

## Aqua Cortic. arant.

Rec. Cortic. arant. exter. num. xviii. Citri exter. n. iv. Vini generoſ. Menſ. iß. Stent in infuſione per noctem, poſtea deſtilla.

Vires in Colica à flatibus ſunt ſatis expertæ.

## Aqua Coſmetica.

Rec. Mic. panis alb. Phaſeol. *ana* ℔.i. Pulp. Cucurb. num. i. Pom. Citri integr. inciſ. numer. ij Limac. ℥iiij. *Rad.* Ireos flor. Sigill. Salom. *ana* ℥ij. *Sem.* Melon. Nuc. Perſic. Pinear. *ana* ℥iij. *Sperm. ceti,* Benzoi *ana* ℥i. Camph. ℨß. ▽. Flor. Fabar. Sigill. Salom. Lilior. alb. *ana* ℔i. Lact. aſinini vel Caprill. ℔viij. Miſc. & fiat ſ. a. deſtillatio, & liquor egreſſus ſervetur.

Conducit ad faciei maculas detergendas, præcipue ſi ℥iij. hujus aquæ Mercurii coſmetici ℈j. admiſcetur.

Aqua

## Aqua ſive Liquor Diureticus è Nucleis, *ex Schrödero.*

Rec. *Flor.* Samb. ſiccat. ℥vj. *Amygd.* amar. ℥v. *Nucl.* Perſicor. ℥xij. Ceraſor. ℥iij. Inciſa & groſſe contuſa macera in Vini Malv. menſ. iiß. tunc deſtilla.

Vires ſunt inſignes in calculo atterendo ureteribus abſtergendis, & urina cienda. Doſ. Coch. j. vel ij.

## Aqua Dominarum, *Mynſichti.*

Rec. Caſſ. Ling. ℥ij. *Rad.* Arthem. Gent. Dictam. alb. *ana* ℥iß. Amygd. amar. *Nucl.* Perſic. Ceraſſor. *ana* ℥i. *Myrrh. rubr.* Borrac. Ven. *Sem.* Lavend. *ana* ℥ß. *Herb.* Marub. Rutæ, Sabin. *ana* ʒiij. *Flor.* Cent. min. Samb. Cheiri, *ana* ʒij. *Medul.* Nucl. interior. Lap. ætit. *Caſtor.* opt. Oppon. Sagap. Aſæ Fœtid. *ana* ʒs. Piper. nigr. Croci or. Succ. alb. *ana* ʒi. Craſſe inciſa & contuſa infunde in Vini Malv. ℔vj. digerantur per aliquot dies, tunc adde Aq. calam. Bugloſſ. Matricar. Artemiſ. Puleg. Verben. *ana* ℔j. Miſce & in MB. abſtrahatur.

Vires deprædicantur inſignes in partu facilitando, fœtu mortuo pellendo & ſecundinis ac menſibus ſollicitandis, Doſ. Cochl. j. ad ij. &c.

## Aqua contra Dyſenteriam.

Rec. Panis Secal. rec. ℔ij. affunde Vini rubri menſ. ij. adde Nuc. Moſch. pulver. ℥iß. Torment. pulv. ℥iij. macerata per noctem in loco calente mane deſtilla & ſerva pro uſu. Doſis ab ℥j. ad ℥ij. vel iij.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0043-5
DFG

## Aqua Epileptica *Langii*, *P. A. R.*

Recip. *Flor.* Lil. Convall. recent. m. ij. Lavend. ℥j. Roriſmar. Stœchad. *ana* ℥ß. *Cinamom.* ʒvj. N. Moſch. ℥ß. Piper. Long. Cubebarum *ana* ʒj. Viſci Querc. *Rad.* Pœon. Dictam. noſtrat. *ana* ℥ß. Infundantur in Vini generoſ. Menſ. iß. per octid. poſtea deſtillentur.

Vires ſunt ſatis notæ ad Epilepſiam, vertiginem, lethargum, tam præſervationis gratia prope quadraturas Lunæ, quam curationis ergo in ipſo paroxiſmo.

## Aqua Epileptica Puerorum,

*Aug. Renow.*

Rec. ▽ ceraſ. nigr. *Flor.* Thili, Pœon. Squammar. *ana* ℥viij. Sachar. perlat. ℥iiij. M. ad uſum.

Vires non ſunt contemnendæ, in puerorum inſultibus epilept. dentitionis tempore vel per ſe, vel cum ſuperiorib. parum commixta.

## Aqua pro Epithemate *Cordis*, *Nor.*

Rec. Roſ. r. odorat. Cortic. Arant. Citri *ana* ℥j. Irid. Flor. ʒiij. Santalor. omn. *ana* ʒij. Aq. Roſ. ℔. iiij. Vini odorat. ℔iß. Aceti roſac. ℔j. Inciſa incidenda infunde & deſtilla ſ. a.

## Aqua Gentian. *Compoſ. Ph. Lond.*

Rec. Rad. Gentian. inciſ. ℔iß. Fol. & Fl. Cent. min. *ana* ℥iiij. Macerentur in vini albi opt. ℔. XII. per dies octo, poſtea deſtill. ex MB.

Vires ſunt antifebriles.

## Aqua contra Gonorrhœam.

℞. Menth. Sicc. ℥iij. *Sem.* Lact. Ruthæ *ana* ℥iiß *Sem.* Agni Caſti ℥ij. *Diptam. Cretic.* ℥iß Thereb. ven. ℥v. Vini generoſ. ℔. iiij. Stent in infuſ. per dies aliquot, tunc deſtilla & edulcora cum ſ. q. Sachari.

VIRES titulus indigitat.

## Aqua Hirundinum uſitata, *P. A. R.*

℞. Pullorum Hirundin. in fruſta diſſect. num. xxiiij. Viſci Quercini ℥iij. Sem. Pœon. excort. ℥j. Radic. ejusd. ℥ij. *Aq.* Fl. Lilior. Convall. Sambuci, Pœon. Tiliæ *ana* menſur. j. Stent in infuſione in loco calido per horas viginti quat. tum deſtill. ex MB.

VIRES Prædicantur potentes adverſus inſultus Epilepticos, & ad Apoplex. præſervandam. Vertiginem curandam, ad infantum convulſiones ſopiendas.

## Aqua Hirundinum *cum Caſtor. Auguſt.*

℞. Hirund. in fruſta diſſect. num. xxxx. Fol. Rutæ, rec. m. ij. Caſt. ℥j. Vini alb. ℔. iij. Deſt. ex MB. ſ. a.

VIRES ſunt antiepilepticæ eximiæ.

## Aqua Hyſterica, *Auguſt.*

℞. *Rad.* Pœon. decreſc. Luna collect. ℥iij. *Sem.* ejusdem ℥iß. Siler. mont. Viſci Quercin. *ana* ℥iiij. Myrrhæ el. Caſtor. *ana* ℥ſ. *Rad.* Leviſt. Dictam. alb. Zedoar. *ana* ℥ij. Infund. per dies decem in loco calido, in aquæ Meliſſ. ℔. iij. & Vini odorat. ℔iij. Poſt ſ. a. deſtilla.

VIRES *ſunt egregiæ in ſuffocationibus uterinis, ac inſultibus epilept. inde enatis*, ut & in flatibus diſſipandis, ac menſibus pellendis.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0045-7
DFG

## Aqua Hyſterica, *Ph. Nor.*

℞. *Rad.* Pimpinell. Zedoar. Galang. Calam. Arom. *ana* ʒiij. Caſt. ʒvi. *Herb.* Arthem. Puleg. Meliſſ. Salv. Matricar. *ana* m. j. *Flor.* Bethon. Anthoſ. 4. Cordial. *ana* ʒß. Squinanth. *Caſſ. Ligneæ.* Nuciſt. Macis ana ℥ß. Aq. Arthemiſ. Matric. Puleg. Vini generoſ. *ana* ℔i. Fiat ſ. a. deſtillatio.

## Aqua Hyſterica, *Margraff.*

*Mat. Med.*

℞. *Rad.* Bryon. Siccat. *Bacc.* Sambuci matur. Leni furni calor. exiccat. *ana* ℥ij. *Fol.* Arthemiſ. Dict. Cret. Matricar. Nepetæ. Ocymi, Puleg. Rutæ, Sabin. *ana* ℥ß. Cortic. Arant. exter. Sicc. ℥iß. Pulveriſata infunde per 8. dies in Spir. *Vini* ℔. vj. Aq. comm. ℔. ij. deſt. ex MB. ita ut abſtrahas ℔iiij. vel v. in quibus infunde Myrrhæ el. Caſtor. *ana* ʒß. Croci Britann. ʒiij. digere per aliq. dies Tincturam cola per linteum & ſerva.

℞. Succi acetoſell. expreſſ. & depurat. ℔iij. Tamarind. opt. ℥viij. *coquantur parum & colentur per pannum laneum, & clarificatum ſervetur in cucurbita vitrea, cui addantur* Limatur. chalybis à ſordibus purgat. ℥iiij. tunc digerantur in loco calido, & ſæpius agitentur, poſtea per chartam filtrenter & in arena inſpiſſentur ad conſiſtentiam extracti.

## Extractum Catholicum, *Phar.*

### *Auguſt. Renov.*

Recip. Colocynth. ʒvj. Agaric. opt. helleb. nigri, ſcammon. *ana* ℥ß. aloes el. ℥j. *macerentur in* ſpir. vini q. ſ. *poſtea relicta remanentia decantetur ſpiritus & remanentia exprimatur, ac liquor in* MB. *abſtrahatur, ut extractum remaneat; tunc vero extracto nondum refrigerato adde ſpiritus prolecti fortiſſimi aliquid, & probè agita, ut ſic reſinoſæ partes probè uniantur rurſus, quæ alias ſpiritu abſtracto concreverant.*

In genere habetur pro univerſali purgante.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0121-8

## Extract. Dia-Carthami *ſive Cnicopharmaci P. A. R.*

Rec. Medull. ſem. carthami ℥iiij. Turbith. albi, Fol. Senn. el. *ana* ℥iiß. Scammon. ʒv. Rhabarb. opt. ℥j. Agar. troch. ʒvj. Mann. el. ℥iiß. Myrobal. Chebul. ℥iij. Polipod. ℥ij. Zingib. albi ʒij. *Inciſa & contuſa infundantur in ſpir. vini* q. ſ. *per plures dies tunc ſpiritus tinctus decantetur & remanentia exprimatur, tunc liquor filtratus deſtilletur, & inſpiſſetur ad mellis ſpiſſitudinem.*

Extractum hoc pleroſque humores, ſeroſos tamen præcæteris blande & ſine moleſtia expurgat.

## Extractum Dia-Citri *Reuſneri* P. A. R.

℞. Succi Citri expreſſ. ſachar. alb. *ana* ℔ß. Coque lento igne ad ſpiſſitudinem, in fine adde Extractum liquidum ex ſequentibus cum Spir. Vini factum. Rec. Scammon. Opt. ℥ij. Mechoac. alb. turbith. el. *ana* ℥j. Rhabarb. el. Cinamom. ac *ana* ℥ß. Galang. N. Moſch. Garyophyll. *ana* ℈j. gr. ij. fiat ſ. a. Extractum liquidum.

*Ad humores bilioſos & ſeroſos expurgandos, in cachexia, hydrope, Ictero &c. optimè uſurpatur.* Doſi ℈j. ad ʒß. vel ℈ij. *cum aliis dilutum.*

## Extractum Dia-Colocynthidis.

Colocynthis cum ſimul contineat reſinam acrem amariſſimam, hinc *Cl. Ettmüller comment. Ludovic.* jubet colocynthidem coquere in aqua Sale 🜿. acuata,

&

& poſt ebullitionem & filtraturam, in extracti conſiſtentiam inſpiſſare, quod Extractum à gr. ij. ad gr. iij. aliis additur ſtimuli loco, ſi humores, nimis viſcidi, fluxiles faciendi ſunt.

## Extractum Gummi guttæ roſatum, *Phar. Norimb.*

Rec. Gummi de Peru pulv. ℥j. *diſſolve cum* ſpir. vini, *donec totum gummi eſt ſolutum, tum tincturam filtra, & ad quartæ partis remanent. abſtrahe. Reſina à liquore reſiduo ſeparetur, lavetur & leni calore exſiccetur; tunc* Recip. Fl. Roſar. r. ℥j. Santal. r. ℥ij. *ſuperfundatur* Spir. Vini ℔j. ſſ. 🜔. ʒj. *fiat extractio in leni calore, & colatura ad dimidias circiter abſtrahatur, hæcque ad reſinam inſuccandam veniat in uſum.*

VIRES ab humoribus ſeroſis totum corpus expurgat, hinc in cachexia hydrope, arthritide, podagra, ſcorbuto & morbo virgineo ingenti cum emolumento uſurpatur.

## Extractum Hellebor. nigri.

Rec. Fibrar. hellebor. nigri ℔j. Inciſis affunde Liquor. 🜔. fixi, vel lixivium 🜔. ♀. in leni calore ſtent ad exſiccationem usque liquoris, tunc affunde eis Spir. Vini rectif. ℔vj. digerantur donec, Spir. Vini Eſſentia Hellebori probe impregnatus exiſtit, tunc decanta ſpiritum, & exprime remanentiam, filtra & inſpiſſa in extracti formam. Alii ſolo ſpir. vini ♀. extractionem inſtituunt.

VIRES, *Purgat humores tartareos, hinc in affectibus hyponchondriacis, mania, melancho-*

*lia*

*lia &c. ab acido in hypochondriis ſtimulante & tumultuante, inſigne præbet purgans aliis combinatum à ℈ß. ad ℈j.*

## Extractum Jalappæ & Scammon.

Rec. Jalapp. ponderoſ. pulv. ℔j. Spir. Vini rectificat. ℔vj. *Extractione per aliquot dies facta, abſtrahatur ſpir. vini ad dimidias & ultra, tunc affundatur remanentiæ aqua fontana, & præcipitabitur reſina, quæ colligenda, ſiccanda & ſervanda.* Ex Jalappæ ℔j. cadent circiter ℥iiij. ex ſcammon. plus. Liquor remanens tinctus tunc ulterius inſpiſſatus relinquit Extractum.

## Extractum Ligni Aloes *Hoffman.*

*in clave Schröd.*

℞. Raſur. Aloes reſino ſ. q. v. aſperge eam Spiritus Vini particula, & tunc ex ♉a. vitrea, ♀. in ſegmentis humidis in MB. locata, vel & igne aperto ſed lent. aut affuſa q. ſ. ▽. ſ. proliciatur una cum aqua oleum eſſentiale ▽. ſupernatans, hoc ſeorſim aſſervato, cum Spir. Vini extrahatur reſiduum à deſtillatione. Tandem Extractiones omnes filtratas in MB. leniter deſtillando in extracti conſiſtentiam redige cui demum adde prius prolectum oleum Eſſentiale, & fiat ſic, ſ. a. Extractum.

VIRES ſunt Analepticæ & Cephalicæ.

## Extractum Marocoſtinum *Mindereri P. A. R.*

℞. Agar. troch. ℥vj. Ligni Aloes ℥ij. *infunde in ſ. q.* Spir. Vini, *qui tinctus decantetur, & cum liquore ex*

*remanentia expreſſo uniatur, in quo ſolvantur* Myrrhæ el. ʒvi. *& filtrentur. Poſtea* Rec. Rhabarb. elect. ℥iij. coſti Arab. ʒvj. Croci or. Mari Veri *ana* ℥ß. Muchari ſive infuſ. roſar. damaſcen. ℔ij. *ſucci* limon. ℥xx. Cichor. Pimp. fumar. *ana* ℥viij. apii fœnic. abſynth. *ana* ℥iij. *macerentur in loco calido per* 24. *hor. in liquore colato ſolvatur* Aloes Socotr. ℔j. *& per colaturam depuretur cui jungatur* Gummi Ammon. *in* aceti ſcillini ℥iiij. & aceti rutac. ℥ij. *ſoluti & filtrati* ℥iß. *tunc omnia lento igne ad extracti conſiſtentiam per ducantur, addita circa finem ſuperiori agarici &c. infuſione.*

## Extractum Panchymagogum,
### *Ph. Norimberg.*

℞. Fol. ſenn. ℥iiij. ſem. ebuli triti ℥iij. Agaric. opt. Rad. helleb. nigr. veri ā. ℥j. pulp. colocynth. ʒvij. Scammon. el. ʒvj. turpethi gummoſ. ʒv. Rhabarb. el. hermodactyl. ā. ℥iij. Elater. ʒij. *Contuſa hæc infunde in ſpir.* Vini rectif. q. ſ. *inque leni calore digerantur per* 12. *dies, tunc tinctum effunde ſpiritum, recentemque affunde, idque toties, donec omnis tinctura & vis purgatrix extracta, tunc huic ſpiritui tincto adde tincturam ex* ſpeciebus de roſis & de Ambra ā. ℥j. *cum* Spir. Vini rectificat. *ſimili modo extractam, & tum abſtrahe ſpiritum in lento Baln. ad mellis craſſitiem, circa finem addendo* Ol. Cinam. Caryophyll. N. Moſch. ā. gutt. x. *miſce.*

Extractum hoc omnes humores depravatos expurgat.

## Extractum Diapœonias *Minderer.*
*P. A. R.*

℞. *Rad.* & ſemin. excorticat. pœon. ā. ℥ß. oſtrutii, enul. Zedoar. ā. ʒij. dictam. alb. calam. aron. *cort.* citri ſiccat. *ſem.* dauci cret. ā. ʒiß. apii, *Nuc.* Moſch. *Rad.* Dor. caſt. ā. ʒj. ſpec. diambr. in compl. ℈ij. *Fol.* rutæ ſicc. Meliſſ. hort. ā. m. ß. Florum lilior. convall. p. ij. viſci q. ʒiß. Ungul. alces ℈ij. Spir. Vini rectif. q. ſ. *infundantur per trid. vel ultra in loco calente vaſe probe clauſo tunc filtrentur & in* MB. *ad juſtam conſiſtent. abſtrahantur.*

Conducit affectibus Uterinis & Cerebri, epilepſia ex Utero ac frigidis capitis affectibus, ſopore, catalepſi, epilepſia apoplexia vertigine, ſuffocatione uteri &c.

## Extractum Phlegmagogum, *Quercet. P. A. R.*

℞. Agar. troch. ℥iiij. hermodactyl. turbith, ſenæ, medull. cartham. ā. ℥iij. Rad. eſul. præp. ℥j. troch. alhand. ℥ß. ſalis gemm. macis ana ʒiß. *cum* ſpir. vini *fiat*, ſ. a. Extractum.

Morbis omnibus pituitoſis, & à frigidis humoribus ortis convenit, hydropicis, arthriticis, podagricis & epilepticis opitulatur.

## Extractum Pillularum arthriticar.

*Aurearum, cochiarum, fœtidarum fiunt ſpecies earundem cum ſpir. vini digerendo, filtrando & inſpiſſando.*

## Extractum Pini *Sylveſt.*

℞. Turionum pini ſylv. vel abietis q. v. *coque in* ſ. q. Aquæ *per horam unam aut alteram, tunc colaturam inſpiſſa in extracti conſiſtentiam. Et ſi Eſſentiam deſideres* ſuperfunde huic extracto *ſpiritum cochlear.* & inde efficies Eſſentiam antiſcorbuticam inſignem, cujus Doſis à 20. ad 30. 40. gutt. in conveniente vehiculo.

## Extractum Rhabarbari & Fol. Senæ.

Cum horum ſubſtantia plus gummoſa ſit quam reſinoſa, hinc eorum Extracta, aqueis fieri debent menſtruis.

Sic. ℞. Rhabarb. el. ℔j. *affunde ei minutiſſ. inciſæ in cucurbita vitrea*, aquæ cichor. vel endiv. ℔iiij. *& poſtquam per horas* 12. *ſteterunt in arenæ igne moderato, tunc percolatur liquor & remanentia valide exprimitur. Remanentiæ vero alia aqua affunditur & reiteratur extractio, donec omnis eſſentia eſt extracta tandem confunditur omnis aqua tincta: & moderato igne evaporatur ad extracti remanentiam.*

Extractum hoc præſtat ſalutare & lente purgans non ſolum, ſed & inſigne bilis corrigens eſt.

## Extractum Zedoariæ *ad vermes necandos, Coll. Leidenſ.*

℞. Sem. Zedoar. vel Santon. comar. abſynth. ana ʒvj. ⊖li ♂. ad albed. calcinati ʒj. Agarici ℥ij. dauci

vulgar. ℥iiij. herb. tanaceti m. ij. *miſce omnia contuſa, & affunde* ſpir. vini vulgar. *ad digitor. aliq. eminent. Digere per plures horas, tunc filtra per chartam, & inſpiſſa. Vel in extracti liquidi ſive Eſſentiæ forma aſſerva.*

# F.

## Fæculæ Rad. Bryon. Aron, pœoniæ

&c. Fiunt, ſi Radix cujusvis recens inciſa, contunditur, tum ſacco, lineo immittitur, ac ſub prelo fortiſſimè exprimitur. *Succus inde expreſſus ſi in loco frigido detinetur, reſident fæces inſtar amyli albiſſimæ, quæ à ſupernatante ſucco turbido ſeparatæ & in umbra ſiccatæ fæcularum nomen retinent.*

## Flores Antimonii, *P. A. R.*

℞. ♁. Pulcherr. ℔j. tere in ſubtilem pulv. immitte crucibulo rotundo lato, artificioſe ſuperimpoſitis

ollis

ollis ſibi incumbentibus, applicato ſupernè alembico roſtrato, ac ſublima ſ. a. dando moderatum ignem, ne Antimonium fluat. Sic ſublimabuntur flores diverſi coloris, quos ſeparatim collige. Præbent emeticum vehementiſſimum.

## Flores Antimonii *rubri*, *ſive* R. ♁. *ſicca Grammanni.*

℞. Salis arm. ℔ß. Vitri ♁. vel 🜂. aurat. ♁. ℥ij. *fiat ſublimatio ex arena lento ignis gradu in vaſe ſublimatorio humili, poſtea edulcora aqua calida filtrando per chartam.*

Doſ. eſt à gr. v. ad gr. xij. Vim habent diaphoreticam. *Vide Fr. Hoffm. clav. Schrod.*

## Flores Benzoi, P. *A. R.*

℞. Benzoe tritum, & cum æquali parte arenæ mixtum, *imponr ollæ rotundæ, ac ejus orificium duplici chartâ emporeticâ in modum pyramidis convoluta, claude, poſtea igne ad ſublimationem idoneo ſuppoſito, flores niveos ſæpius collige.* Difficili reſpirationi à craſſis pulmoni impactis humoribus obortæ medentur.

*In promptu ſint aliquot capitella papyracea, ut uno ablato, alterum imponi queat,* & ſi papyraceum capitellum tanquam oleo madefactum apparere incipit, ſignum eſt abſolutæ ſublimationis.

## Flores Sulfuris *Simpl.*

℞. Sulfuris groſſe pulv. vel in fruſtra confracti ℔j.

 *inji-*

*injiciatur in cucurbitam terream vitreatam, & impoſito alembico vitreo, non adlutato, igne moderato ſublima, ne ſulfur fluat.* Si capitellum floribus eſt, repletum, tum hoc remove, & aliud impone, ac ſic collige tam diu flores, quamdiu quid aſcendit; ex ℔j. flor. ℥iiij. colligi poſſunt. *Dum capitellum removetur, ſubito claude orificium alio, ne aër irruens ſulfur accendat. Quod ſi vero fiat, cineribus injectis incendium erit extinguendum.*

Vires: Attenuant, incidunt, calefaciunt, alexipharmaci ſunt & diaphoretici, ac pulmonum affectibus medentur. Doſ. ℈j. ad ʒß.

## Flores Sulfuris *compoſ.*

℞. Flor. 🜍. ʒij. Aloes Hep. Myrrhæ el. ana ʒj. Croci ℈j. *terantur in ſubtiliſſ. pulv. & ſerventur.*

In peſte præſervationis loco, pleuritide &c. conveniunt.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0130-8

## H.

## Hierâ Picra *Galen. ſimplex*. Ph. *Nor.*

℞. Aſari, Spicæ Nard. Indic. Maſtich. Cinam. Ligni Aloes Croci ana ʒvj. Aloes non lotæ ℥xiiß. Mellis deſpumati ℔iiij. ℥iij. *Melli deſpumato ac ferè refrigerato adde ſpecies pulv. & miſce, alias aloes rurſus conglobatur & coit.*

Uſus hodiernis Medicis in clyſteribus utplurimum eſſe ſolet, alias utiliter exhibetur iis qui ſuffuſorum imagines, vel alia ſymptomata ex ſtomachi vitio patiuntur, & qui alvo ſunt adſtricta, ac ægre purgantur.

## I.

## Infuſum alterans, *Ph. Norimb.*

Recip. Aq. font. ℔iij. ſantali rubri pulv. ℥iß. ſucci citri recent. ℥iij. *Infunde per noctem in loco calido*, colaturæ *addendo* Syr. Granatorum, Ribium, Berberum, citri ana ℥j m. & ſerva pro uſu.

## Infuſum Hellebori. *P. A. R.*

Rec. Cortic. Rad. Helleb. nigri præp. ʒij. Sem. Aniſi. fœnic. ana ʒj. Cinam. Caryophyll. ana gr. iij. fiat

 infu-

infuſio in Aq. fumar. ſ. q. *ut poſt colaturam rema-neant* ℥iij. *pro una doſi.*

## Infuſum laxativum, *P. A. R.*

℞. Fol. ſenn. el. ʒvj. crem. ♀. paſſularum min. conſ. ſem. Coriandri ana ʒiij. *inciſa & contuſa in-fundantur horis* 24. *in aquæ fontan. bullientis* ℥xxxx. *poſtea colentur cum leni expreſſione, ac in colatura ſolvantur* Mannæ calabr. el. ℥iiij. & cum albumine ovi *clarificentur.*

Leniter & laudabiliter corpus evacuat; quondam *Medicum Cæſar. Mannagettam* autorem habuit.

## Julepus Gemmatus, *Phar. Norimb.*

℞. Topaziorum, Smaragdorum, Rubinorum, Saphirorum, Hyacinthi, Sardæ, Corallor. r. ana ʒij. *Subtiliſſ. pulv. affunde* Aceti deſtill. q. ſ. *ut ſolvantur, ſolutum filtretur, & ad ſiccitatem in balneo abſtrahatur. Deinde* ℞. Conf. Alkerm. ℥ij. de Hyacintho ℥j. Aquæ Naph. ſive flor. aurant. ℔iß. *Digerantur temperato calore, decantentur, & ſuperiori ſolutioni infundantur, ac quod clarum fit per ſubſidentiam addita* ſacchari albi ℔iß. *levi abſtractione per alembicum ad ſyrupi formam reducatur. Tandem* ℞. Moſchi Or. Ambræ griſ. ana ʒj. *cum* ſpiritu Roſarum *ſoluta, prædicto Syrupo addantur & fiat* Julepus.

## Julepus Roſarum.

℞. Aquæ Roſarum odoratiſſ. ℔iß. ſachari clarificati

*& ul-*

*& ultra conſiſtentiam tabulati cocti* ℔iij. *miſceantur & fiat Julepus.*

Cordiale medicamentum eſt, ac totius corporis exæſtuationi confert, ſpiritusque reficit.

*Eadem methodo ex aliis aquis parantur Julepi.*

## *L.*

## Lac Sulfuris.

℞. Florum 🜍. q.v. ⊖. 🜿. *duplum*, floribus 🜍is *liquatis* in crucibulo, *adde* ⊖. 🜿i *& probe uniantur ac liquefiant, tum affunde aliquid* aquæ calidæ. *ac mox effunde in patinam, aqua calida plenam & ſtatim filtrentur: Tunc affunde* Acetum dedeſtillatum, *donec totus liquor albeſcit, & lac fundum petit, quod effuſo liquore colligatur & exſiccetur.*

VIRES: Valet in morbis pulmonum, phthiſi, aſthmate, peſte &c.

## Lac Virginis *Schröder. juxta mentem Hoffman.*

Recip. Aquæ Solani, nympheæ, lactuc. Aceti ana ℥ij. Lithargyr. ℥j. Camphor. ℈j. *Lithargyrium cum aceto ebulliat, dein addatur aquæ, & refrigeratis immiſceatur camphora cum ſpir. vini ſoluta, ac tunc filtrentur.*

Compeſcit inflammationes, cutem nitidam reddere ſolet, & ab ardore ſolis aduſtam demulcet.

## Lapis Medicamentoſus *Margraffi.*

Recip. ⊖li Roman. ℔j. Alum. ℔ß. ♀. alb. ⊖li alb. ana ℥iiij. Boli commun. Lapid. calaminar. ana ℥ij. æruginis ceruſſæ ana ℥j. *ſubtiliſſ. pulv. cum* ſ. q. aceti optimi *bulliant, & coquantur ad lapidis duritiem.*

Vires: Calefacit, ſiccat, exterget, fiſtulas conſolidat, ulceribusque malignis medetur.

## Laudanum liquidum *Sydenham.*

Recip. Vini Hiſpan. ℔j. Opii. ℥j. Croci ℥j. Cinam. Garyophyl. pulv. ana ʒj. *Infundantur* in MB. *per duos vel tres dies, donec liquor debitam conſiſtentiam acquirat, tunc colatura ſervetur pro uſu.* Doſis eſt gtt. xv. ad xx. & ultra in omni liquore.

## Laudanum Opiatum *Ludovic.*

℞. Extracti Opii per ſpiritum Vini facti p. ij. Extracti Croci, cinnab. nativ. ana p. j. m. *hoc profecto, inquit, largi-*

*largiter præſtabit, quod laudanum quodvis etiam pretioſiſſimum.*

Extractum Opii, cum Spir. Vini uti copioſius acquiritur ita de cætero tutiſſimum, ſecurum & efficax eſſe reliquis omnibus, aſſerit.

## Laudanum Opiatum *Ph. Norimb.*

℞. Opii Sulfurati ℥j. *Extrahatur cum Spir. Vini rectificato reducatur ad mellis conſiſtentiam, cui addantur:* Extracti caſtor. ſolut. Corall. perlarum ā. ʒß. Eſſent. croci ℈j. *tandem ſub finem adjungi poterunt* Ol. Cinam. Caryophyll. citri ana gutt. iij. *& fiat Maſſa inſtar extracti.*

## Limonada.

℞. Cortic. pom. citr. exter. duorum, *infundantur in* vini & aquæ ana menſ. j. *adde* ſachari albi ℥viij. *& colentur.*

## Linimentum Cordiale *Wedelii.*

℞. Aq. Apopl. ʒij. confect. alkerm. ℈j. Ol. Cinam. Garyophyll. Citri vel Lign. Rhod. ana gutt. iij. m.

*In Syncope, palpitatione cordis &c. eximium eſt.*

## Liquor Corn. C. ſuccinatus *P. A. R.*

℞. Salis ſuccini vol. rectificati q. l. *ſolve in* ▽. fontan. *& adde* ⊖is vol. CC. *tantum, donec non amplius efferveſcant, tunc liquor hic ſenſim coaguletur & ſiccetur. Poſtea ſume* ⊖is hujus ℥ß. Aquæ Ceraſorum nigr. ℥iß *ſolve & ſerva pro liquore* C. C. ſuccinato.

VIRES principaliter epilepticis motibus dicatæ ſunt, multisque aliis nominibus commendandæ in puerorum acido corrigendo. *Vide valetudinar. infantul. Ettmüll.* D. Michel. ℞. ⊖. ſuccini vol. & ⊖. C. C. vol. *ana hæc diſſolvit. in* ſpir. C. C. rectif. *& tum poſt digeſtionem evocat liquorem illum C. C. ſuccinatum per deſtillationem ac cohobationem.*

## Liquor Silicum.

℞. Silicum calcinator. & pulv. miſce cum ⊖. ♀. ana & probe calcina, tunc in loco humido frigido liqueſcant in liquorem.

Præbet inſigne diureticum & nephriticum à gutt. vj. ad ℈j. & ultra ſed ſumi debent ſilices molles, qui facile cultro atteri poſſunt, & qui ferro alliſi ſcintillas non emittunt.

## Liquor Stipticus.

℞. ⊖li Hungar. Aluminis ana ℔ß. Phlegma ⊖li ℔iiij. *coque, donec omnia ſunt ſoluta, liquorem frigefactum filtra, & à Cryſtallis ſubinde natis ſepara, ac adde ſingulæ libræ liquoris filtrati,* Ol. ⊖. ℥j. m. *& ſerva pro uſu.*

Liquor hic cum linteis quadruplicatis &c. vulneri ſanguinem fundenti applicatus, vel injectus, ſanguinem ſubito ſubſiſtere faciet. *Videatur Weberi anchora ſauciator.*

Liquor

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0136-2

## Liquor ♀. Spleneticus *Shr.*

℞. ♀. crudi ℔j. Nitri ℔ß. alii, ℔j. *pulveriſata exactè miſce, ac in crucibulo detonentur. Dehinc pulveriſa. & affunde* aq. fervent. ℔iiij. *Digere in loco calido per 6. dies & noctes, quotidie agitando: Poſtea colentur.* Colato lixivio *adde* ♀. el. pulv. ℔j. *digerantur ulterius diebus octo &c. Poſtea filtrentur & ſerventur ad uſum.*

Quoad VIRES inſigne exhihet deoppilativum lienis, aliarumque obſtructionum v.g. meſenterii, menſium &c.

Doſi cochl. ß. ad j. cum vehiculo idoneo.

## Lixivium Benedictum, *Mynſicht.*

℞. *Ciner.* Lign. & Frond. Juniperi, Arthemiſ. Rubr. Geniſt. Fabarum cum paleis, abſynthii ana ℥j. miſc. infundendos in vini ℔iiij. Doſi ℥ij. ad ℥iij. Valentiſſimè aquas hydropicorum per Urinam pellit.

## Looch. ad Aſthma.

Recip. Scillæ præparat. ℥ß Marrubii, Hyſopi ana ʒj. ireos ʒij. Myrrhæ, Croci ana ʒß. Mellis, q. ſ. *fiat Looch.*

*Pectus à frigida, craſſa & tenaci pituita liberat, & tuſſim ac aſthma ſenum levat.*

## Looch. de Farfara, *P. A. R.*

℞. Radic. Farfar. ℔j. *coquantur ad mollitiem, poſtmodum contundantur, & colentur, addendoque* Mellis ℔ij. *coquantur ad juſtam conſiſtentiam.*

Prodeſt tabidis, Phthiſicis, lenit aſperitatem aſperæ arteriæ &c.

*Ad hanc normam plura alia ſimilia Looch, parari poſſunt, utpote de althea, &c.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0137-8
DFG

## Looch de Pulmone Vulpis, *P. A. R.*

℞. Pulmon. Vulpis ſiccati & præp. ſucci liquirit. Capillorum vener. *ſem.* Aniſi, fœnicul. ana ℥j. Sachari clarificati ℥xv. *Omnia trita tenuiſſime, ſacharo excipiantur, & ad debitam formam redigantur.*

Prodeſt Phthiſicis & tabe conſumptis.

## Looch Sanum & expreſſum, *P. Nor.*

℞. Rad. Irid. liquir. Fol. Hyſſopi. Calaminthæ, *Sem.* Aniſi fœnic. lini, cinamom. ana ℥ß. Jujubarum, Sebeſten, *ana* num. 30. paſſularũ, enucleat. ficuum ſiccarum, dactylor. ping. *ana* ℥ij. fœnigræc. ʒv. capill. ♀. m. j. *Deſtillentur cum aquæ puriſſ.* ℔iiij. *ad aquæ lactei coloris exitum, poſtea exprimantur.* Colaturæ expreſſæ *addantur* Sachar. Canar. ℔ij. *coquantur ad perfectionem, poſtea inſpergantur minutiſſimè inciſorum & contuſorum.* Nucl. Pinei mundat. ʒv. Amygd. d. mundat. liquirit. mund. tragacanth. Gummi arab. amyli *ana* ʒiij. Iridis ʒij. *Tandem aqua deſtillata affundatur, agitentur omnia ſimul, & celeriter, quoad albeſcant.*

Tuſſi, vocis aſperitati, & raucedini à frigido ortæ, auxilio eſt, craſſos humores in pulmonibus incidit & attenuat, morbis tamen calidioribus, ac tuſſi cum calore ſuſpectum.

Magi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0138-4

# M.

Magiſter. Alces, Ungul. Cranii human. Corn. Cervi *Phar. Aug. Ren.* fiunt ſingula irrorando cum Spir. ⦶. *poſtmodum ſuperfundendo* acetum deſtill. *& poſtquam per aliq. dies in digeſtione ſteterunt, colando & ſpir.* ⊖li rectificato *præcipitando*; Sic cadit pulv. *qui frequentioribus ablutionibus edulcoretur & ſiccetur.*

Magiſterium Corallorum, Ocul. 69. Margaritar. Matris perlarum; fiunt ſuperfuſo aceto deſtillato in calore leni, toties acetum affundendo, quousque ebullitionem concitaverit. Poſtea filtrato liquori affunditur ſpiritus Vitrioli, & pulvis præcipitatus edulcoratur & ſiccatur.

Magiſterium Granati, Hyacinthi, Saphiri, Smaragdi. Optime fiunt ſi prius cum duplo ⦶i ſ. a. calcinantur, & poſtea edulcorantur ac ſiccantur, tunc vero aceto deſtillato, cum ſpir. ⊖is acuato ſolvuntur ac ſpir. ⊖li tandem præpitantur.

*Solutiones modo dictæ ſi non præcipitantur, ſed filtratæ evaporantur, remanet coagulum ſalinum, pro ⊖e dictorum ingredientium habitum à veteribus.*

Ex modo dictis Magiſteriis ſuum olim concinnavit.

## Magiſterium Cordiale, *D. Michel.*

*id quod deſcribit Schultz in ſuo ſcrutinio cinabarino.*

℞. *Magiſter.* Margarit. Granati, Hyacinthi, Saphir. *ana* ʒij. Corallor. ℥ß. *Os de corde cervi* ʒj. miſce *S. Magiſterium Cordiale.*

## Magiſter. Epilepticum, *D. Michels ibidem.*

℞. *Magiſter.* Ungul. alces, cran. human. viol. mort. perempt. Corn. alces. CC. ana ℥ß. Smaragd. or. ver. ℥j. Unicorn. ver. ʒij. ſuccin. ʒj. miſce, *S. Magiſter, Epilepticum.*

De Magiſteriis his legi meretur digna *Cl. Ludovi* cenſura *in ſua Pharmacia, mod. ſecul. applicand.* qui Magiſteriis his & aliis, per ſpiritus acidos inverſis & alteratis longe præfert ſimpliciter ſaltem præparatos aut ſubtiliſſimè lævigatos pulveres, *niſi ubi adſtrictio & diaphoreſis euphoriam promittunt, & acida, aut enixa indicantur.*

## Magiſter. Jalappæ, Scammon.

℞. Unius vel alterius ℔j. *groſſe contuſo affunde* Spir. Vini rectif. q. ſ. *poſt levem digeſtionem, ſpiritum tinctum per filtrum ſepara, & alium affunde,* tandem ſpiritus tinctos conjunctos, in cucurbita, ad remanentiam pauci liquoris, ℔j. circiter, abſtrahe *& affuſa exigua aquæ frigidæ quantitate, præcipitatam reſi-*

*noſam*

*noſam ſubſtantiam ab aquoſitate ſepara, ablue, exſicca & in pulverem redige.*

## Magiſterium Marcaſitæ vel Biſmuthi *Coſmeticum.*

℞. Marcaſitæ ℥ij. Spir. ⊕i opt. ℥vj. *fiat ſolutio in phiola in calore arenæ poſita, ac intra dimidiam ferè horam ſolutio facta erit, tunc calidam ſolutionem decanta in patinam aqua ad* ℔ x. *repletam, & lacteſcet aqua, hinc ſubſidentia facta colligitur Magiſterium ulterius edulcorandum & ſiccandum. Rollfinc* præcipitat ſolutionem per lixivium ⊖. ♀.

Vires: eſt Coſmeticum egregium, tollit impetigines & quamcunque cutis ſcabritiem, cum unguento pomato applicatum. Ad nitorem verò faciei applicatur cum ▽. Flor. fabarum &c.

## Magiſterium Martis aperitivum liquidum, *Mynſichti.*

℞. Succi Oxalid's expreſſi & depurati ℔iij. affunde eum Tarmarindorum opt. ℥viij. *confricetur manibus vel piſtillo ligneo in patina terrea vel lapidea, ut fiat quaſi pulmentum. Poſtea exemptis ſtipitibus coquantur parum & clarificentur cum album. duorum ovorum. Tunc colentur per pannum laneum, & colatura immittatur cucurbitæ vitreæ, ac ei addantur* limatur. chalybis optimè purgat. ℥iiij. *Digerantur in arena*

 *loco*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0141-9 DFG

*loco calido tribus diebus & noctibus, alembico cæco munita, ut ſemper agitari poſſit cum ſpatula lignea.* Poſt digeſtionem coletur per chartam, & in arena inſpiſſetur ad conſiſtentiam extracti liquidi, quod ſerva.

Doſis eſt à ℨß. ad ℨj. cum vino malvat. vel alio vino generoſo &c. Aperit, attenuat, & acidum corrigit, unde eſt experimentum in Affectione hypochondriaca, Ictero nigro, Cachexia, Morbo virgineo, Fluore albo &c.

## Magiſterium Saturni *inſipidum.*

℞. Acetum deſtillat. ab infuſione minii probe dulcificatum, præcipitetur per lixivium ⊖. ♀i & præcipitatum edulcoretur & ſiccetur.

Vires: Suppeditat optimum abſorbens in Ulceribus malignis, & ſi cum aqua chelidon. miſcetur, ſit inde inſigne ophthalmicum, quod oculos præſervat à copia variolarum.

## Magiſterium ſuccini

fit ſolvendo ſuccinum per ſpir. vini rectificatiſſ. poſtea hunc abſtrahendo, remanet ſuccinum quod erat ſolutum, hoc exiccatur: *Vide Hoffm. Clav. Schröd. de ſuccino; alii ſolvunt per ſpir. ⊖. dulcificatum cum ſpir. vini. Coll. Leid.*

## Magiſterium ♀.

℞. ⊖. ♀. q. l. imprægna aceto opt. donec tartarus nil amplius aciditatis retinet, deinde affunde Spir. Vini,

eumque aliquoties abſtrahe cohobando, tandem repone ♀. ut liqueſcat, & habebis ol. rubr. laxans, Doſ. ℈j. & ultra.

*Simplex vel deſtillat. acetum affunditur ⊖. ♀. in vaſe ferreo & evaporatur, ac hoc reiteratur, donec acetum rurſus ſentitur per evaporationem exhalare, tunc coagula & cum Spir. Vini ſæpius edulcora, hunc abſtrahendo.*

## Magiſteria Vegetabilium, *florum*, *Herbarum, baccarum, &c.*

℞. Vegetabilis cujuſcunque flores, folia &c. adde ad ℔j. ⊖ is alcali, v. g. ciner. clavellator. ℥ij. *tunc coq; in ſ. q.* ▽æ; *poſtea filtretur decoctum & ei inſpergatur acetum, aut alius ſpiritus acidus, vel bullienti alumen immittatur tantum quantum ſolvitur, & donec efferveſcentia ceſſat, tunc liquori inſtar coaguli condenſato & ab △. remoto affundatur aqua ut coagulum fundum petat, tunc filtretur, & quod in filtro manet edulcoretur, tandemque leni calore vel in umbra exſiccetur & pulveriſetur.*

Vires cum ſuo ſimplici, à quo promanant, conveniunt. Picturis verò præbent varios colores delicatos v. g. ſi flores varii coloris huic labori impenduntur, inde emergunt varii colores. Quo melius verò edulcoratur lacca hæc & à ſalis & aluminis particulis liberatur, eò elegantior remanebit lacca ſive magiſterium.

Circa laborem magiſteria conficiendi notetur, *Acidum fortius præcipitare acidum debilius, quoniam*

*niam poros adhuc relictos replet, & craſſiores partes in eis contentas protrudit.* Item *ſolutiones factæ per alcalia præcipitantur per acida, & contra.* Dum id quod levi opera ſolvitur, facilè illud ex poris ſolventis ejicit, quod majori opera fuit ſolutum, & quod ægrè retinuit.

Notandum tamen, quod magiſteria, quæ per alcalia præcipitantur, ab his in pondere augmentum capiant, & inde vires rurſus acquirant alcalicas. E contra verò quæ fortiori acido præcipitantur, pondere non accreſcunt, ſed eodem pondere, quo ſoluta ſunt, ferè redduntur per præcipitationem.

## Magnes Arſenicalis.

℞. Arſen. alb. Antimon. crudi, Sulfur. commun. ana ℥iiij. *terantur omnia ſeorſim, & cribrentur ac miſceantur, tum pulvis immittatur patellæ terreæ non vitreatæ, & leni igne carbonum fluant, ſpatula ferrea ſæpe movendo, cavendo, ne materia accendatur, & quando omnia bene fluunt, tunc effunde ſuper lapidem in lamellas, & habebis maſſam gryſei coloris, quæ ſervetur.*

Eſt externi ſaltem uſus, & ingreditur Empl. pro curandis carbunculis & bubonibus peſtilentialibus, ubi venenum attrahit & maturat; alii item geſtant de collo loco amuleti in peſte, ac præterea præbet mite eſcharoticum.

## Manus Chr. *ſimpl. & cum Margaritis ſive ſacharum perlatum.*

℞. Sachar. albiſſ. ℔j. Aq. Roſarum q. ſ. ſcil. ℔ß. *pro ſolutio-*

*ſolutione ſacchari, coquantur* ſ. a. *& ſi margaritas addere velis injiciantur ſub finem.* v. g. *ad hoc pondus* P.A.R. addit Margaritarum præp. ℥ß. Phar. Nor. addit Margar. præp. ʒß. & matris perlar. ʒiij. ac conficiunt ſ. a. Rotulas.

Viribus dejectis, febribus ardentibus, &c. medetur. Si ſimul in fine cum margaritis olei Cinamom. gutt. aliquot adduntur, inde emergunt jucundiſſimæ rotulæ ad virium lapſum, modo calor præternaturalis abſit.

## Marmelada Magnamina, *Mynſ.*

℞. Diacydon. ſimpl. ℥iiij. *Rad.* ſatyr. condit. ſuccolad Ind. ana ℥ij. pinearum mund. piſtac. virid. ana ℥j. Nuc. Moſc. in Ind. condit. conſ. alkerm. ana ℥ß. Ol. Macis expr. ʒij. Galliæ moſchat. ʒj. ol. cinam. ℈j. *mixta redigantur in marmeladam.*

Multum nutrit, vires reficit, hinc venerem ſtimulat. Doſ. mane & veſperi Nuc. Moſch. quantitas.

## Marmelada Stomachica *calida Mynſichti.*

℞. Diacydon. ſimp. ℥iiij. Rot. aromat. caryophyll. ſuccolad. Ind. *ana* ℥j. Zingib. condit. calam. aromat. condit. cortic. aurant. condit. citri condit. *ana* ʒij. elæoſach. cinamom. caryophyll. *ana* ℈j. miſce *fiat* ſ. a. *Marmelada. Doſis Nuc. Moſch. quantitas.*

## Mel Anthoſatum, *Ph. Aug. Ren.*

℞. Mellis roſati ſimpl. ad majorem ſpiſſitud. cocti ℔iij. Flor. roriſmarin. recent. contuſorum vj ſtent

in infuſione, loco calido horis 24. dein exprimantur & fiat ſ.a. colatura.

Uſus eſt in enematibus, ubi dolores colici uterini mitigandi, & flatus diſcutiendi ſunt.

## Mel Menthæ.

℞. Succi Menth. purificat. ℔ij. mellis opt. deſpum. tantundem, coquantur ad juſtam conſiſtentiam.

Ventriculum frigidum juvat, & pituitoſos faucium tumores diſcutit.

## Mel Mercurialis.

℞. Succi Mercurialis ℔iij. mellis puri ac optimi ℔iß. coquantur ac deſpumentur ſ.a.

In Enematibus alvum feliciter ſubducit.

## Mel Roſatum *ſimpl.*

℞. Roſarum rubr. recent. ℔viiij. contuſæ infundantur in aquæ fontan. calentis ℔xij. per horas 24. Colaturæ ℔v. addantur ℔iiij. mellis, ac coquantur ut artis eſt.

Uſus præcipuus eſt in gingivarum tonſillarumque inflammationibus, ac oris putredine.

## Mel Roſatum Solutivum.

℞. Infuſionis Roſarum quaterfactæ ℔vj. Mellis elect. ℔iij. coquantur ad juſtam conſiſtentiam. *Eadem methodo paratur Mel Violatum ſolutivum.*

Hoc alvum emolliendo bilis acrimoniam obtundit, ac thoracis ac pectoris affectibus

cali-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0146-8

calidis convenit, ac viſcerum inflammationibus, & ſiti inexplebili ſuccurrit.

## Menſtruum Boylei *non corroſivum.*

℞. Panis ſecalin. domeſtici q.l. conſcinde teſſelatim, & parum arefacto reple retortam, & ex arena gradatim deſtilla: *poſt deſtillationem ſepara oleum â liquore, & liquorem ſerva; extrahit Tincturam Corallorum abſque calore. Vide Boylei experim.* p. 167. *Perficiet, inquit, quod ab acerrimis ac maximè corroſivis menſtruis non expectas.*

## Mercurius dulcis.

Recip. Mercur. ſublimati q. vis, ☿. vivi per corium trajecti, ſale & aceto loti, quantum capere poteſt, donec vivi nil amplius apparet. *Miſce in mortario marmoreo, cum piſtillo ligneo, donec ſimul in pulv. cinereum abeunt, qui immittatur cucurbitæ, & ex igne aperto, ſervatis ignis gradibus, ſublimetur, peracta ſublimatione collige id quod cryſtallinum eſt, rejecto albo vitri collo adhærente.* Si verò haud criſtallinus aſcendit, repete ſublimationem, nullo alio ☿io vivo addito.

*Quo diutius ☿ius ſublimatus cum vivo teriter & lævigatur, eo citius & melius ſuccedit dulcificatio.* Ad ☿ij. ſublimati ℥vj. addantur ☿. ſublimati ℥iiij. vel quantum ſolvere poteſt ☿ius ſublimatus, prout enim vel magis minus corroſivus eſt, pro eo plus vel minus ☿ii vivi abſorbere ſolet.

VIRES: Purgat optimè, & incidit lymphæ tenacitatem & viſciditatem, hinc in gonorrhœa

 optimè

optimè maritatur purgantibus aliis, ut & in vermibus, aut ubi ſalivatio excitanda vel ſtimulanda, Doſi gr. iij ad x. xv. ad xx. Exhibetur verò optimè in pilulis : ad ſalivam excitandam per aliquot dies propinatur, donec ſalivatio ſequitur.

## Mercurius præcipitatus albus

*Coſmeticus.*

Recip. Mercurii vivi ℥iiij. *diſſolve in* ▽. Fort. ſ. q. *poſtea aquâ ſalsâ in album pulv. præcipita, qui ab omni ſalſedine & acrimonia debitè cum aquâ communi eluatur & ſiccetur.*

Uſus potiſſimum eſt externus, in faciei maculis delendis, lentiginibus, furfuribus, ſi unguento pomato miſcetur, & illinitur.

## Mercurius præcipitatus Flavus

*Turbith minerale dictus P. A. R.*

Recip. ☿. purif. ℥iiij. Spir. 🜍. rectif. per campan. ℥viij. m. *& digere per biduum in arena, tunc per retortam deſtilla cum tribus cohobiis, ultimò vehementi igne, ut retorta candeat*, tunc maſſam relictam tere, & aqua fontana *calida ſæpius ablue*, donec præcipitatum videas verſum in pulverem flaviſſimum & inſipidum, qui exſiccetur.

Interius datum, vomitum, ſedes & ſalivationem excitare ſolet. Doſi gr. v. ad gr. viij.

## Mercurius præcipitatus ruber.

Recip. ☿. vivi purificati ℔ß. Aquæ fortis ex ⊖-li calcinati & ⦶i ana fact. q. ſ. *ut ſolvatur* ☿ius, *impone*

*proin*

*proin retortam, cui ambo inſunt in arena, & ſenſim ebulliant, donec obſerves maſſam tuam ad ſiccitatem inclinare, tum auge ignem fortiſſimè urgendo, donec nulli fumi amplius conſpiciuntur, tunc refrigeratis omnibus invenies in fundo retortæ mercurium præcipitatum rubicundum, quem edulcora primò aquam calidam crebro affundendo, poſtea Spiritum Vini rectif. quinquies vel ſexies deſuper incendendo.*

Utplurimum externè in uſu eſſe ſolet ad excreſcentias carneas auferendas, blande enim corrodere ſolet; *pulvis aſpergitur emplaſtro & applicatur. Ulceribus etiam malignis ſæpe medetur.*

## Mercurius Sublimatus *Ph. Nor.*

℞. Mercurii vivi q. v. ſolvatur in ſ. q. aquæ fortis, tum evocetur humiditas per deſtillationem, ad qualemcunque exſiccationem. *Poſt hæc ſubigatur maſſa albicans in patina lignea cum vitriolo ad flavedinem calcinato & ſale decrepitato æquali omnium pondere, ac ſublimetur in cucurbita aperto igne.* Si ſublimatio hæc reiteratur, nitidior redditur ☿ius ſublimatus.

## Mercurius Vitæ *Ph. Norimb.*

℞. Butyri ♁. ex regulo ♁. & ☿. ſublimato facti q v. affunde ei aquæ fontan. calidæ q. ſ. *& lacteſcet omnis liquor, ac præcipitatur ad fundum pulvis albus; ſtent verò per diem & noctem, ut pulvis omnis ſubſideat, tunc aqua effundatur per inclinationem, & pulvis ulterius edulcoretur, filtretur & ſiccetur.* Aquam verò quam primò effudiſti evapora,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0149-8
DFG

pora, & remanet liquor acidus ſubflavus *ſpiritus vitrioli philoſophicus* dictus. *Ad butyri* ℥j. *requiruntur aquæ pro præcipitatione* ℥x.

Doſis ☿ii vitæ gr. iij. potenter vomitum cient. Si butyrum ♁. loco ▽æ comm. præcipitatur cum urina pueri, cadit pulvis roſei coloris, ab *Angelo ſala* Roſa Vitæ dictus, neque ita tingitur ſantalo rubro, uti ab aliis creditum fuit, *Ettmüll. commendat. Ludovic.*

Violentiam ☿ii vitæ corrigunt alii, eundem in vaſe teſtaceo plano & probè vitreato leniter calcinando, donec fumo evaporato colorem gryſeum nanciſcitur, Boyl. experim. p. 254. ſed cum ☿. vitæ nil ſit niſi partes ♁ii in liquamen vel flores redactæ, hinc per iſtam correctionem ſimul caſtrari vires, dum partes ſubtiliores ſic evaporant, certum eſt, hinc melius omittitur iſta correctio.

## Mixtura Simplex, *P. A. R.*

℞. *Spiritus* theriacal. camph. ℥v. 🜈. rectif. ℥iij. vitrioli boni ℥j. *miſceantur*, & *digerantur aliquamdiu in vitro bene clauſo.*

Ludovici ℞. *Spir.* theriacal. parum camphorat. p. v. 🜈i propria manu elaborati nec rectif. p. x. vitrioli roridi p. j. m. *Spiritum verò theriacalem paravit ex* p. j. theriacæ & ſpir. vini vel frumenti rectif. p. viij. *cujus* ℔ß. *adjecit camphor. ſpir. vini alcoliſato ſolut.* ʒij. vel iij. *Hæc mixta & per aliquod dies digeſta ſine colatura & filtratione ad uſum repoſuit, craſſamento ſpontè ſubſidente.*

Datur

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0150-9 DFG

Datur à gutt. 10. 20. ad 40. 60. tam in Febribus continuis quam intermittentibus, in quibus inſigne præbet ſudoriferum, ſic & ad motus epilepticos abigendos ac ad pleuritidem curandam, & menſes movendos prodeſt.

## Mithridatium Damocratis, *P. A. R.*

℞. Myrrhæ troglodyt. Croci agarici Zingib. cinamom. ſpicæ nard. thuris, thlaſpios *ana* ʒx. ſeſeleos, Opobalſami, vel ℴℴ. N. Moſchat. Schœnanti, Stœchad. Coſti arom. veri, aut Zedoar. Galbani Therebint. piper. long. caſtor. ſucci hypociſtid. ſtyrac. rubri. opoponac. Folii *ana* ℥j. caſſ. lign. Polii. piper. alb. ſcordii, ſem. dauci cret. carpobalſami, trochiſc. cypheos, bdellii *ana* ʒvij. Nardi celtic. ſem. petroſel. gumm. arab. opii, cardamomi, ſem. fœnic. gentian. Flor. roſar. r. dictam. cretic. *ana* ʒv. aniſi, ariſtoloch. rot. calam. arom. phu. ſagapen. *ana* ʒiij. mei athamantici, ſucci acat. carnis ſcinci ver. ſummit. hyperic. *ana* ʒiiß. Vini q. ſ. mellis deſpum. triplum, id eſt, ℔viiij. ℥viij. ʒij.

## Mithridatium Damocratic. *Reſolutum Phar. Norimb.*

℞. Caſtor. el. ℥j. ventris ſcinci veri ʒiiß. *Radic.* Zingib. albi ʒx. gentian. ʒv. acori. aſari. phu pontici *ana* ʒiij. mei athamantici ʒiiß. calami arom. gr. ℨ. cyperi purg. ℈ß.

*Fol.*

*Fol.* Schœnanthi ℥j. gr. 46. malabathri ℥j. polii ʒvij. ſcordii, dictam. cretici, nardi celtic. *ana* ʒv. *Flor.* ſpic. nard. ʒx. gr. xij. ſtœchad. arab. ℥j. Roſar. r. finiſſ. ʒv. Hyperici ʒiiß. *Sem.* thalaſpi ʒx. Seſeli ℥j. Dauci Cretici ʒvij. fœnic. petroſel. *ana* ʒv. aniſi ʒiij. *Carpobalſami* ʒvij. pulp. cibebar. ʒiß. Bacc. junip. gr. xij. cinam. acut. ʒx. gr. xvj. Croci. or. ʒx. gr. iiij. coſti arom. piper. long. *ana* ℥j. Caſſ. lign. ʒvij. gr. xij. Piperis alb. ʒvij. cardamom. min. ʒv. *Succi* hypociſtid. opobalſami *ana* ℥i. Opii theb. ʒv. acaciæ ʒiiß. Myrrh. el. ʒx. gr. 46. thuris el. ʒx. galban. opoponac. ſtyrac. calam. *ana* ℥j. thereb. cypr. coct. ʒviiiiß. Bdellii ʒvij. gr. xij. gummi arab. ʒv. ſagapen. ʒiij. aſphalti gr. x. agaric. albiſſ. ʒx. Vini q. ſ. Mellis triplum. Fiat ſ. a. Elect.

*Modus confectionis hic eſſe ſolet, ut ingredientia ad compoſitionem hujus tam famoſi medicaminis in ſex claſſes diviſa in tenuem pulverem redigantur. Hoc peracto, gummia & ſucci vino cretico ſolvantur, ac eo plane modo, qui in theriaca præſcriptus eſt, cum therebinthina, melle, & pulveribus ſex claſſium uniantur, adjiciendo ſub finem Crocum vino cretico dilutum; itemque Styracem Oleo Nucis Moſchatæ & eodem vino liquatum, atque ſic ſedula ſtrenuaque agitatione compoſitio hæc ſuam perfectionem acquirat; quæ identidem in vaſe mundo & ſatis amplo, ut fermentare queat,*

*queat, reponenda & ſæpius commovenda, donec in annum adoleverit.*

*Trochiſcorum Cypheos, utpote minus uſualium, ingredientium itidem pulveriſatorum, addatur ſuff. quant. pulpa verò ex uvis paſſis educta, & vino Cretico diluta in miſtione infundatur.*

VIRES: calefacit, ſiccat, Menſes movet, calculum pellit, ſudorem ciet, alexipharmacum eſt. Doſ. ℈j. ad ʒij.

## Miva ſive Rob: vel Gelatina Cydonior. *ſimplex.*

℞. Succi cydon. medii ſapor. depurati ℔xij. ſachar, ℔iij. *coquantur ad juſtam conſiſtentiam.*

Adverſus alvi profluvia efficax eſt, & vomitum prohibet.

## Miva Cydon. aromatica, *Phar. Auguſt. Renov.*

℞. Succi cydon. depurati ℔xx. ſachar. ℔. vj. *clarificentur cum album. ovorum, & coquantur ad conſiſtentiam ſpiſſiorem, pharmacopœo perito notam; quibus ab igne depoſitis admiſceatur ſequens infuſio.* ℞. Cinamom. el. cardamom. maj. ana ʒiij. caryophyll. ʒij. Zingib. maſt ch. macis ana ʒiß. Croci ʒij. Lign. Aloes ʒiiß. Ambræ, Moſchi ana ℈ij. *Inciſa & contuſa macerentur per 24. horas in vini albi generoſi* ℔j. *poſtea filtrentur.*

VIRES: Ventriculum frigidum & humidum, & ab humoribus pituitoſis laxum conſtringit: hinc diarrhœam inde cauſatam



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0153-6

tam refrœnat, præcipuè verò lienteriam cohibet.

## Miva Cydoniorum aromat. *Phar. Norimb.*

Recip. Succi cydon. ℔ x. *debito calore inſpiſſentur, deinde* Recip. Cinamom. el. ℥ß cardamom. maj. ʒiij. Maſtich. Zingib. Caryophyll. ana ʒij. Ligni Aloes, Macis ana ʒiß. Croci ʒj. *Infunde in vini generoſi* ℔iß. *& ad dimidiam partem deſtillentur. Reſiduum cum* ſachari libris tribus, *& ſucco inſpiſſato commiſceatur; tandemque ad coctum ſyrupum ſpiſſiorem ſuperius deſtillatum affundatur & uſui aſſervetur.*

## Morſuli Cordiales, *Ph. Norimb.*

℞. Amygd. d. excort. *Nuc.* piſtacior. Indic. condit. cortic. citri condit. ana ℥ſ. aurant. condit. ʒij. cinamom. acut. ʒj. macis ℈j. conf. alkerm. ʒij. ſucci ejusdem ʒiij. cardamomi ℈j. Fol. auri num. vj. ſachar. albiſſ. in ▽. roſar. ſolut. ℥viij. *fiant* ſ. a. *Morſelli.*

## Morſuli Diacretæ, *Mynſichti.*

Rec. Cretæ ter quaterve aq. violarum ablut. ℥ß. Ocul. 69. præp. ʒij. Nuc. Moſch. Boli armen. ana ʒj. Corall. præp. ʒß. margarit. pulv. cinamom. incis. ana ℈j. lap. carpion. præp. macis torrefact. Croci or. ana ℈ij. ſachar. albiſſ. in ▽. Roſarum *Solut.* ℥viij. *fiant* ſ. a. *Morſuli.*

Ebullientem & igneum dolorem ſive ardorem ſtomachi ſiſtunt. Doſ. ʒj. ad ʒij.

## Morſuli Imperatoris, *Phar. A. R.*

℞. Pineæ. mundat. piſtaciorum decorticat. amygd. d. ana

ana ℥ß. ſpecier. Imperat. *purum inciſarum & contuſar.* ʒiij. Aromat. roſati, cinamomi *inciſi & contuſi* ana ʒj. conſerv. Roſar. damaſc. ℥ß. ſachar. in ▽. Roſar. ſoluti ℥viij. *Fiant* ſ. a. *Morſuli.*

## Morſuli Imperatoris Purgantes, *Timæi.*

Rec. *Sem.* melon. excort. ℥ß ▽. Roſarum opt. ℥iiiiß. m. fiat Emulſio, in quâ diſſolve ſachar. alb. ℔j. Res. Jalap. ʒv. ſpec. pro morſul. Imperator. ʒvj. m. *fiant* ſ. a. Morſelli.

## Morſuli Viriles *Mynſichti.*

Rec. Conf. de ſuccolada Inda. ℥j. piſtac. virid. amygd. d. pinearum mund. ana ℥ß. Nuc. Moſch. condit. ʒij. borrac. ven. galang. min. piper long. cardamom. min. ana ʒj. verat. tauri, cervi ana ʒß. Galliæ Moſchat. *Sem.* ling. avis. urtic. *carnis ſcinc* croci or. ana ℈j Ol. Garyophyll. macis, cinam. ana ℈ß. ſachar. albiſſ. in ▽. Rad Satyr. & Anthos ana q. ſ. *ſolut.* ℥xvj. m. *fiant* ſ. a. *Morſuli.*

Doſ. à ʒj. ad ℥ß. *veſperi ſuperbibendo parum vini malvatici; ſingulariter commendatur illis, qui ad maritale munus ſolvendum ſegnes ſunt & tardiores.*

Naſa-

# N.

## Naſalia, *Phar. Norimb.*

℞. Calaminth. Majoran. rad. Irid. *ſem.* nigell. ſtaphiſagr. caſtor. ana ℈j. helleb. alb. pyrethri, Nuc. Moſch. Myrrh. r. euphorb. ana ℈ij. Ladani ʒvj. mellis modicum, *formentur Naſalia.*

## Nepenthes Aureum, *Ph. Nor.*

Recip. *Extr.* Opii ℥ß. Croci ʒij. Croci ſolis ℈ij. Reſin. Lign. Aloes, ambræ gryſ. opt. ana ℈j. *miſceantur & incorporentur ſimul in vaſe vitreo, eoque bene clauſo ſerventur.*

## Nitrum ♀ſatum *vel regeneratum.*

℞. Olei ♀. q. v. *immitte guttatim* Spir. Nitri, *donec fervere deſinit, ac inde tunc creſcent cryſtalli, qui ſerventur.*

Easdem vires poſſidet, quas nitrum, ſed puriores.

## Nitrum Vitriolatum *ſive arcanum*

*duplicatum* fieri vulgò ſolet ex capite mort. 🜅. quod ex vitrioli & ⦶i p. æq. *factum fuit: hoc caput mortuum fortiſſ. igne calcinatum, ſolvendo, filtrando, evaporando & fortiter ſiccando, ſuppeditat* ⊖. albiſſ. *ad viriditatem quodammodo declinans.*

*Hoc ſi per compendium habere deſideras* Recip. Nitri p. iij. vitrioli Ungar. p. j. *funde in crucibulo, & ad depurationem* flor. 🜍is *adjicito.* Poſtea ſolve, filtra & coagula. *Vide Hoffmann. clav. Schröd. de Nitro, Mœbius* vocat *ſal Febrile album.*

Vires

Vires ſunt antifebriles inſignes, in ſpecie ubi calor fortis adeſt: aliquando vero movet ſudorem, ſæpe etiam alvum, &c. Doſ. ℈ß. ad ℈j.

# O.

## Oleum Abſynthii *coctum.*

℞. Olei olivarum ℔iij. Comarum Abſynth. vulgar. recent. contuſ. ℔j. *macerentur per triduum in loco calido, deinde coquantur, uſque dum prunis injectum non amplius ſtrepita oleum, quod colatum ſervetur; alii addunt ſimul* ſuccum ex rec. abſynth. expreſſum ad ℥iiij. *& tunc coquunt, donec ſuccus rurſus evaporatus eſt.*

## Oleum Abrotani, Anethi, Chamomill. Cheiri, Liliorum alb. Menth.

Nymph. Rutæ, Fl. ſambuci, Violarum &c. Fiunt omnia, contuſa cum tantundem olei clari per dies tres macerando, tunc coquendo, donec prunis inſperſa non amplius ſtrepitum edunt: tunc colando & uſui aſſervando, vel ſi fortius velis, reiterando laborem.

## Oleum Aranearum, *Mindereri Phar. Auguſt. Renov.*

Recip. Ol. Nymph. lumbric. ana ad ℥vj hyperic. ℥ij. Fol. rutæ, florum ſambuc. ana recent. m. j. Aceti roſacei, calendul. ana ℥iij. Aranear. craſſar. magnnum. 45, *decoquantur omnia ad humiditatis conſumpt. colentur & exprimantur. In hoc colato infundantur rurſus* Aran. craſſ. num. 25. *ac addatur* Camphor. *cum* ſpir. roſarum *dilut* ʒß. *digerantur & reponantur ad uſum.*

Prodeſt hoc oleum ad inungend. regionem cordis & arteriarum in Febre maligna petech. ad venenum evocandum.

## Oleum Capparum, *P. A. R.*

℞. *Cortic.* rad. capp. ℥j. tamariſci, Flor. tamariſci, ſem. agni caſti, ceterach, cyperi a. ℥ij. rutæ ℥j. *trita & cum aceto irrigata cum* olei olivarum ℔j. *coquantur ad humiditatis aqueæ conſumptionem, tunc colentur, & exprimantur.*

Obſtructioni lienis & ejus tumoribus duris ſcirrhoſis medetur.

Oleum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0158-5

## Oleum de Caſtoreo, *P. A. R.*

Recip. Caſtorei, Styrac. calam. galban. euphorbii, caſſiæ lign. ver. Croci, opoponac, cubebar. ſpicæ Nard. Indic. coſti ā. ℥ij. cyperi, Schœnanthi, Piper. long. nigri, ſabinæ, pyrethri ana ℥iiß. olei ℔iij. *Omnia calore arenæ conjunctim digerantur in vaſe clauſo, poſtea colentur.*

Valet ad omnes nervorum & cerebri affectus frigidos, convulſiones, tremorem, paralyſin, rigoreſque febriles, ſpinæ dorſi illitum.

## Oleum Dia-Colocynthidos, *P. A. R.*

Rec. Olei abſynthii, Rutæ ana ℥j. Fellis bululi, agnini, ana ℥ß. pulpæ colocynth. helleb. nigri ā. ℥ij. *coquantur ad humiditatis aquoſæ conſumpt. & colentur.*

Umbilico vel inferiori ventri illitum obſtructam alvum laxat, vermes necat, &c.

## Oleum Cydonior.

Recip. Cydoniorum, nondum matur. nec excorticat. contuſorum ℔iij. Ol. olivarum ℔iij. *poſt factam macerationem fiat coctio, ac humidi aquei exhalatio, tunc expreſſio & colatura; ſi fortius velis, reitera macerat. & coct. cum tantundem novis cydoniis.*

Tonum ſtomachi & inteſtinorum laxum roborat, hinc in vomitu, lienteria, diarrhœa ac dyſenteria optimè convenit, & ſpinæ dorſi ac thoraci illitum ſudores nimios cohibet.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0159-3 DFG

## Oleum Formicarum.

Recip. Formicarum ℥ij. Olei ℔ß. *macerentur æſtate ad ſolem, vel alio calore diebus 40. poſtea colatum oleum reponatur.*

Partes generationi dicatæ ſi hoc oleo inunguntur, conducit ad venerem concitandam.

## Oleum Hyperici, *P. A. R.*

Rec. Flor. hyperici ad maturitatem ſeminis fere accedentium, contuſ. ℔iij. Croci ℈iiij. Olei clari ℔ij. *poſt factam trium dierum macerationem, bulliant ad humiditatis aqueæ conſumpt. poſtea exprimantur, & expreſſum commiſceatur cum* therebint. claræ ℔j.

Eſt inſigne anodinum & articulorum doloribus ſalubre remedium, nervorum puncturis conducens, & illitu ac fotu convulſiones prohibens, ac vulnera conglutinans.

## Idem Oleum Hyperici, *Ph. Nor.*

Rec. Flor. ſive ſummitat. hyper. matur. ℔j. olei veteris clari ℔ij. Vini odorif. ℔j. *Macerentur tribus diebus ac noctibus, dein bulliant in duplici vaſe, obturato vaſis orificio, ad conſumptionem vini, poſtea exprimantur & recent.* Florum atque vini *par pondus addatur, iterum macerentur, coquantur, & exprimantur, tunc etiam tertio* recentes hyperici flores ac vinum *admiſceantur, cum* therebint. claræ ℔j. Croci ℈iiij. *Coquantur in duplici vaſe, uſque ad vini conſumptionem, poſtea exprimantur,*

*tur, & à ſedimento purgatum Oleum reponatur.*

## Oleum Irinum *fit ex ſimplici* Rad.

Iridis recent. in oleo *decoctione.*

## Oleum Lumbricorum.

Recip. Lumbric. terr. ℔iß. *laventur in vino, deinde immittantur in* olei roſati ℔ij. ac *coquantur ad humidi aquoſi conſumptionem.*

Anodynum eſt & nervinum, ac vulneribus & reſolutionibus nervorum opitulatur.

## Oleum Lumbricorum *compoſ.*

Recip. Ol. Lumbric. ſimpl. ℥iij. Florum hyperici ℥ij. ſtill. roriſmarin. ℈j. miſce *& ſervetur.*

Viribus antecedens exſuperat.

## Oleum Mandragoræ, *P. A. R.*

Recip. Cortic. Rad. Mandrag. ℔j. capit. papav. nigri ℥vj. *contundantur & coquantur in* ▽. *ſufficienti q. colato decocto addantur ſuccorum* hyoſciami albi ℥ij. cicut. tener. ℥j. ol. violarum ℔ij. Opii, Styrac. calam. ana ℥ß. *ſucci cum oleo coquantur ad humiditatis aqueæ conſumpt. & colentur, addendo tandem* Styracem & opium.

V IRES: valent ad inflammationes extinguendas, dolores capitis ſedandos, & somnum conciliandum, fronti, temporibus & naribus illinendo.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0161-0

## Oleum Maſtichinum, *Ph. Norimb.*

Rec. Maſtich. ℥iij Ol. Roſacei ℔j. vini generoſ. ℥iiij, *coquantur in vaſe duplici, ad lentum ignem, donec vinum fuerit abſumtum.*

Ventriculum laxum roborat & calefacit, hinc in lienteria, dyſenteria convenit, tumores duros lenit, & nervos ac juncturas confortat &c.

## Oleum Momordicæ, *Pomorum Amoris, fiunt, ſi* poma *infunduntur* in oleo amygd. d. vel hyperici, *ac inſolantur.*

## Oleum Myrtillorum.

Recip. Ol. oliv. ℔iij. bacc. Myrtill. ℔j. *Myrtilli contundantur, & ſi exſiccati fuerint, vino aſpergantur, poſtea cum oleo ad humiditatis aqueæ exhalationem coquantur, reiteretur infuſio & coctura, & tandem coletur oleum.*

Omnibus illis conducit affectibus, qui adſtrictione indigent. *Si loco baccar. myrtill. ſumuntur* folia ejus, *fit inde* oleum Myrtinum, quod aliâs ex baccis ol. myrtillorum audit.

## Oleum Nardinum, *compoſ. Phar. Norimb.*

℞. Nardi, ſive ſpicæ Indic. ℥iij. Majoran. ℥ij. helenii, macis, calam. aromat. Fol. lauri, cyperi, ſchœnanthi, cardamomi ā. ℥iß. *Contundantur omnia mediocriter & affundantur illis* vini odor. ℥vij. Ol. comm. ℔vj.

℔vj. *macerentur per dies* 14. *tunc decoquantur in diplomate* ſ. a.

Calefacit, attenuat, & modicè adſtringit, ventriculum roborat, nervorum frigidos affectus ſanat, ac tremulis & paralyticis egregiè convenit.

## Oleum Otalgicum, *Mynſichti.*

℞. Rad. Helleb. nigr. ℥ß. pulp. colocynth. ʒiij. Fol. ſenn. el. Lauri ana ʒij. milleped. vivorum caryophyll. aliptæ, moſch. ana ʒiß Herb. Roriſmar. Majoran. Sabin. ana m. ß. *coque in vino, &* ℞. Colaturæ ℥iij. Ol. amygd. amar. ℥ij. bacc. Junip. petræ ana ℥ß. Formicarum ʒiß. *Denuo coque ad conſumptionem humiditatis, & oleum ſervetur ad uſum.*

Convenit auditus difficultati, & tinnitum tollit, auribus cum goſſipio impoſitum, vel inſtillatum.

## Oleum contra gravitatem auditus, *ejusdem, Acoviſticum dictum.*

Recip. Ol. amygd. amar. ℥iiij. Nardin. comp. Lilior. alb. a. ℥ij. *Succi* origani, major. rutæ, porri, raphan. cæpar. ā. ℥j. Mixta coquantur ad Succorum conſumpt. poſtea oleo colato adde Spir. Vini millepedibus imprægnati, Aceti vini ana ℥ß. Flor. ſerpill. bacc. ſabin. ſem. cymini, macis ana ʒj. cubebarum, helleb. alb. maſtich, ladani, ſtyrac. calam. ana ʒß. caſtor. veri, piper. long. croci or. ☉i præp. ana ℈j. *Omnia per ſe pulveriſata & conquaſſata denuo in B. M. bullienti coque ad conſumptionem humidi-*

*miditatis, poſtea oleo refrigerato expreſſo, & colato adde*: Ol. formicarum, aniſi ana ℥j. Ambræ gryſ. ℈ij. Galliæ Moſchat. ſubtiliſſ. pulv. ℈j. m. *& ad uſum repone.*

Contra ſurditatem & gravitatem auditus, ac tinnitum ſatis perhibetur expertum, mane & ſero auribus inſtillatum, claudendo aurem cottone moſchato.

## Oleum Reſolvens, *P. A. R.*

Recip. *Rad.* cucumer. aſinin. bryon. alth. ana ℔iij. olei comm. ℔x. *macerentur aliquamdiu, poſtea coquantur ſ. a. & exprimantur.*

Reſolvit, digerit & emollit, alta penetrat, ac frigidos & contumaces dolores mitigat.

## Oleum Roſatum.

Recip. Ol. commun. Roſarum Damaſcen. nondum penitus apertarum & contuſarum ā. ℔iiij. *Macera & inſola per dies octo, poſtea cola & exprime.*

*Nonnulli tres inſtituunt infuſiones, pro ſingulis* ℥xvj. *roſarum recipientes, in ultima verò infuſione roſas relinquentes.*

Refrigerat, mitigat, & inflammationes compeſcit, hinc hæmorrhoidibus dolentibus commode illinitur, &c.

## Oleum Scorpionum *ſimplex.*

Fit Scorpionum num. 30. infundendo in Ol. amygd. amar. ℔ii. *tunc per temus macerando & tandem colando.*

Demul.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0164-8

Demulcet dolorem renum, & veſicæ in nephritide, & calculo, lumbis, pubi & perinæo illitum, & contra Scorpionum ictus antidotum eſt.

## Oleum Scorpionum, *compoſ. Phar. Norimb.*

℞, Olei hypericon. terna infuſione florum & comarum facti ℔iß. ſcordii rec. m. ij. rutæ m. ß. cortic. citri, ſtyrac. ana ʒvj. Rhabarb. myrrhæ, aloes, hepat. ana ʒiij. ſpic. Indic. ʒij, croci ʒj. Theriac. mithridat. ana ℥j. Scorpion. vivorum num. 100.

Infundantur omnia in prædicto oleo, macerenturque in balneo calente per triduum, & ſic repoſita ſerventur ad uſum.

## Oleum Sperm. Ranarum.

Fit, ſi Oleum commune cum tantundem ponder. ſperm. ranarum coquitur, donec ſtridere deſinit.

## Oleum Stomachale, *Craton.*

Recip. Ol. abſynth. ℔.j. ſummitat. abſynth. m. *j.* caryophyll. ſantali citrin. ana ʒij. Roſarum rubr. macis ana ʒß. maſtich. ʒiiß. *Macerentur aliquamdiu in vaſe optimè clauſo, & poſt lenem ebullitionem colentur.*

Mirificè convenit in ventriculi doloribus, à cauſa frigida ortis.

## Oleum Stomachale, *Florentinum Phar. Norimb.*

℞. Maſtich. ℥vj. Nuc. Moſchat. Caryophyll. ana ℥iiij.

 ſchœ-

ſchœnanti, macis ana ℥j. Olei maſtichin. ℔ij. *Tere omnia ſubtiliter, immitte vitro benè clauſo, digere per novem dies, tunc decocta leniter exprime & ſerva.*

Optimè calefacit & roborat ventriculum, flatuſque diſcutit.

## Oleum *ſive Balſamum* Vulnerar. *Mindereri.*

℞. Therebint. Venet. ℥iß. Gumm. elemi quantum in ea ſolvi poteſt. Olei hyperici ℥j. olei ceræ deſt. ℈ij. miſce.

In vulneribus recentibus ſingulare eſt remedium, ſi lintea eo madida imponuntur.

**Olea Expreſſa. Amygd. amar. dulc. ſem. hyoſciami, papav. vitelli ovor. N. Moſch. &c.** Fiunt ſi decorticata & munda ſartagine aliquandiu torrefiunt, & tunc vi præli exprimuntur.

**Olea deſtillata**, pro diverſitate ſubjecti deſtillandi diverſimode deſtillari ſolent. *Sic fit*

## Oleum Abſynthii.

℞. Summitat. abſynthii ad maturitatem ſeminis accedentium q. v. *Incidantur atque cum* ▽. *fontan. deſtillentur per veſicam, & exibit aqua cum oleo*; tunc ſeparetur oleum per vitrum vel bombacem.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0166-9 DFG

Vires ſequuntur ſuum ſubjectum, à quo prolectum eſt. *Hâc methodo paratur etiam oleum Menth. Rutæ, Salviæ.*

## Oleum Angelicæ.

Recip. Semin. Angelic. contuſi q. l. infundatur in aquæ fontan. q. ſ. poſtea deſtilletur per veſicam, & oleum ſeparetur ab aqua.

*Eadem methodo fiunt Oleum Aniſi, carvi, cumini, fœnicul. baccar. juniperi.*

## Oleum Aurantior. *vel Citri.*

℞. Cortic. Pomorum aurant. exter. recent. non putridorum q. ſ. *Incidantur & abſque præcedente fermentatione, vel maceratione, (copioſius quidem, ſed deterius tunc Oleum daturi)* cum aqua fontana *deſtillentur per veſicam*, & ol. *ſeparetur ab aqua.*

## Oleum Camphoræ.

Recip. Camphoræ p. j. 🜄æ ſigillat. vel Lemniæ p. iij. *pulveriſata miſceantur & per retortam pellantur, ac ſæpius labor reiteretur*, ſic cum camphora emollita ſemper aliquid exibit olei, *quod toties colligendum & aſſervandum.*

## Oleum Caryophyllorum.

℞. Caryophyll. aromat. q. ſ. *in craſſiuſculum pulv. contuſis affundatur* aqua tepida, *& poſt triduanam digeſtionem deſtillentur ex veſica, ſeparetur que* oleum *more ſolito.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0167-5
DFG

*Eodem modo deſtillatur Oleum Cinamomi, Macis, N. Moſchat. Piperis, Zedoar. &c.*

## Oleum Chamæmeli, *Romani.*

℞. Flor. Chamæmeli Romani q. v. *ſiccos, contunde, & cum* aqua calida *parum maceratos deſtilla per veſicam*, & oleum flaveſcens *ſeparetur ab* aqua.

*Ita etiam paratur Oleum fl. Chamomill. vulgar.* Lavendul. Majoran. Roriſmarin. Roſarum, ſpicæ &c.

## Oleum Chamomillæ Cœruleum.

Recip. Flor. Chamomill. à ſtip. mundat. *repleto eis veſicam ad dimidias, ac affunde* aquam fontanam *tantum ut tertia pars maneat vacua, hoc facto incaleſcat aqua cum floribus, & eis affunde* Olei Petræ albi q. ſ. *tunc appoſito capitello ita ſtent per 2. vel 3. dies, poſtea deſtilla, & cum aqua exit oleum pulcherrimi cœrulei coloris.*

Si veſica continet 8. vel 10. menſuras, vel 40. libras aquæ, tunc oleum poteſt addi ad ℥iiij.

Vires: hujus olei ſunt inſignes contra catarrhos à frigido exortos, ſi vertici & temporibus illinitur: Auribus immiſſum ſedat dolorem, pariter ac denti cavo immiſſum. Internè eſt egregium anticolicum & nephriticum ad gutt. x. xx. propinatum, &c.

## Oleum Ceræ.

℞. Ceræ flavæ puræ ℔j. huic in retorta capaci liquatæ ſuperinjice largam cineris cribrati quantitatem, ut

retor-

retorta eo impleatur, poſtea igne per gradus au-
cto ex arena deſtilla.

*Coll. Leid.* Recip. Ceræ flav. p. j. & arenæ cribrat. p. ij. *ceræ in patella terrea liquatæ addunt arenam, tunc ab igne remota ſub continua agitatione refrigerare ſinunt, antequam verò induratur maſſa, formant inde globulos, quos ex retorta vitrea per arenam pellunt, primò verò exit oleum ceræ fluidum, & ultimò oleum butyraceum.*

Hoc Oleum reſolvit, diſcutit, anodinum eſt, & cicatrizans inſigne præbet, ac citò ulcera carne replet. Rectificatum verò ſive fluidum, habetur pro inſigni diuretico, & anticolico. Doſ. gutt. iij. ad vj.

## Oleum Circulatum.

Recip. Therebint. ℔ij. axung. taxi, vulpis ana ℥iiij. ol. laurin. ℥iß. ceræ ℥ij. Lumbric. ℥iij. ol. ſpicæ, maſtich. ana ℥ß. axung. human. ℥iß. Spir. Vini ℔ij. *miſta circulentur, poſtea oleum ſeparetur à ſpiritu.*

Eſt inſigne antiparalyticum, & anticolicum.

## Oleum Galbanetum.

Recip. Galban. el. ℔ß. gumm. ammon. tacamahac. myrrhæ el. maſtich. el. ſtorac. calam. Benzoi, Ladanl, Olibani, N. Moſch. Storac. liquid. ana ℥ß. ol. ſuccini, ſpicæ, ana ʒj. lauri ℥ij. ſpir. thereb ℔ij. *miſce & deſtilla ſ. a. per retortam.*

In

In membris paralyticis roborandis ſatis eſt efficax.

**Oleum Ligni Rhodii.** Fit, Lignum in ſcobem redactum in vaſe capaci cum magna aquæ quantitate per duos menſes vel ulterius macerando, ( P. A. R. requirunt ſaltem 14. dies ) poſtea ex veſica, igne moderato deſtillando, & oleum ſeparando.

**Oleum Ligni Saſſafras,** Fit in ſcobem redacti Ligni bonam quantitatem veſicæ magnæ immittendo, & ſuperaffuſa aquâ bulliente, juncturis probe clauſis, ſtatim & celeri igne deſtillando, poſtmodum verò oleum ſeparando.

**Oleum Maſtichis.**

Recip. Maſtichis ℔j. Silicum calcinatorum ℔iß. *mixta deſtillentur ex retorta per arenam igne moderato, poſtea limpidum oleum à phlegmate ſeparetur.*

**Oleum Philoſophorum, *Phar. Aug. Renovat.***

Recip. Lateres in pulverem contuſos & calefactos, miſce cum olei olivar. clari q. ſ. i. e. quantum imbibere poſſunt, poſtea ex retorta igne aperto deſtillentur ſ. a. [*P. Nor.* ℞. *Fruſta laterum mediocria, hæc igne urito, donec excandeſcunt, tum prunis exempta fragmenta oleo claro veteri extingue fruſtum unum poſt aliud injiciendo, ne*

*oleum*

*oleum flammam concipiat, & ita relinque donec ſe oleo impleverint. Poſtea ex oleo exempta fruſta in pulverem tenuiſſimum contunde, atque per retortam adlutato optimè recipiente deſtilla.*

VIRES ſunt inſignes in affectibus nervorum frigidis in paralyſi, ſpaſmo, articulorum affectibus podagricis, reſolvit tumores ſplenis, & frigidos alios, cum camphora mixtum.

## Oleum Pingued. human.

Recip. Pingued. human. ℔j. *liquefiat in olla, eique injice fruſta oſſium human. in tigillo candefacta, & ignita ad* ℔ij. *ac citò claude, ne accendatur pinguedo*, tunc ita ſtent, donec oſſa omne oleum abſorpſerunt, quæ poſtea retortæ immiſſa deſtilla, & oleum egreſſum rectifica.

VIRES hujus olei ſunt inſignes in contracturis, paralyſi &c.

*Hâc ratione etiam aliorum animalium pinguedines deſtillantur, propria oſſa ſumendo, pro imbibitione.*

## Oleum Saponis.

Recip. Saponis Venet. raſi ℔j. arenæ mund. ℔iij. *mixta deſtilla ex retorta igne arenæ, & oleum, quod prodit, rectificetur per cineres.*

Conducit optimè paralyticis, & egregiè diſſipat tumores frigidos.

Oleum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0171-6

## Oleum Saturni, *P. A. R.*

Rec. Sal Saturni, Criſtallinum, *tere, & in phiola affuſo* Spir. therebintinæ *in arena digere, tincturamque extrahe, quam ex retorta aperto igne deſtilla*, primo igne leni, donec ſpiritus therebintinæ exiit, tunc mutato recipiente, paulatim auge ignem, donec totum oleum exiit.

Habebis oleum, in malignis & exedentibus ulceribus, cancro, polypo &c. inunctum inſignis efficaciæ.

## Oleum Succini.

Recip. Succini fragment. ℔j. Silicum calcinator. ℔ij. *miſce & deſtilla per retortam ex arena*, primo leni igne, & deſtillabit liquor albus cum oleo flavo, hoc facto mutetur vas recipiens, & aucto igne prodit oleum rubrum, quod poſt rectificationem cum cineribus apparet flavum.

*Deſtillatione finita recipienti infunde aquam calidam, ut ſal volatile hinc inde hærens eluatur & ſolvatur, adde item id, quod collo retortæ interius adhæret, tunc per chartam ſepara oleum ab aqua, & poſt factam hujus exhalationem colligatur ſal.*

*Alii loco Silicum calcinator. addunt lateres pulveriſat. vel arenam lotam, & cribratam, vel abſque additione deſtillant per ſe, retortam ad dimidias ſaltem ſuccino replendo.*

Vires Olei & ſalis ſunt cephalicæ, nephriticæ & uterinæ ac alexipharmacæ.

*Eadem*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0172-2

*Eadem methodo ex gummatibus & reſinis aliis, quæ pulveriſari poſſunt, deſtillantur olea.*

## Oleum *ſive ſpiritus* Therebint.

℞. Therebint. ver. q. l. Aquæ communis quadruplum: *immittantur alembico vel veſicæ, cum ſuo refrigerio, & appoſito recipiente deſtilla*, ac exit oleum inſtar aquæ album, *quod ſeorſim ſepara & ſerva.*

## Oleum *ſive ſpiritus* Therebintinæ *compoſ.* Alias *oleum album* ſive *Balſamum album. D. Rapp.*

Recip. Therebint. Venet. ℔v. *immitte vaſi vitreato magno, & ſuperaffunde* aq. pluviæ *ad eminentiam* 12. *digitor. tunc ſucceſſive immitte, dum in flore ſunt. Flor.* Lilior. convall. Lilior. alb. thiliæ, roſarum, ſambuc. aurant, citri, Jaſmin. *Herb.* cum flor. hyſſopi, meliſſ citr. menth, moſchat. origani, ſerpill. thimi, baſilicon, majoran. puleg. roriſmar. lavendul. ana m. ij. cortic. citri & arant. rec. ana ℥iiij. *Singula ante injectionem groſsè concidantur, & hebdomade ſingula ſpatula lignea bis vel ter probè ſubigantur, ut bene invicem computreſcant: ac ita ſtent per æſtatem, tandem deſtillentur per veſicam, & Balſamum album ſervetur.*

Eſt inſignis Balſamus ſtomachicus, nephriticus à gutt. v. ad xv. Externè verò vertici infricatus catarrhos abſumit, & dolores capitis demulcet. &c.

## Opii Correctio.

Correctio opii ita venit inſtituenda, ne caſtretur

virtute ſua narcotica, alias viribus ſimul orbatur: hinc *Opii correctio ſaltem in ejus depuratione conſiſtit.*

Optimè verò depuratur opium *ſolvendo aqua communi*, tunc filtrando, & lento igne inſpiſſando rurſus, ut ſic fiat opium depuratum, extractum Opii ſimplex vocatum.

*Wedelius* loco aquæ commun. ſumit pro ſolutione *phlegma, quod in confectione arcani ♀i ab aceto reſultat.*

*Langelott.* Extractionem inſtituit per ſuccum cydoniorum recent: Opium cum hoc per aliquot dies leni calore fermentando, tunc liquorem rubicundum filtrando, & ad extracti conſiſtentiam inſpiſſando ad ℔ß. *opii ſucci cydon. rec.* ℔v. *ſumendo*, vocatur opium hoc *Laudanum Cydoniatum* in Phar. Aug. Ren.

Sed cum hâc methodo opio accedat ſuccus cydoniorum, qui ſimul inſpiſſatus magnam partem opio addit, hinc doſis taliſmodi laudani plus incerta ſimul eſt.

## Orvietanum Electuar.

℞. Radic. vincetox. angelic. carlin. petaſit. valerian. dictam. alb. enul. camp. chelidon. Zedoar. ana ℥iij. *Fol.* dictam. cret. ſcordii, rutæ ana m. iij. Myrrhæ el. ℥j. galban. ℥iß. croci or. ℥j. ʒvj. cinamom. garyophyll. ana ℥ß. Opii correct. ʒiij. *Olei* deſt. ſuccin. citri ana ʒiß. ſulfur. el. ♁, ſigillat. ana ℥j. ſalis viperarum volat. ʒvj. pulv. viperarum ℥ij. Mellis juniperini q. ſ. m. *pone ad fermentationem per aliquot menſes vaſe clauſo.*

Orvie-

Orvietanum hoc non exiguæ eſſe virtutis tum in febribus malignis, tum in aſſumptis venenis in convulſiones uſque ferocientibus, ſe expertum fuiſſe aſſerit *Fr. Hoffmann. in clave Schröder.*

## Oxymel ſimplex.

Recip. Mellis deſpumati, & ad craſſam conſiſtentiam debitè cocti ℔ij. aceti acerrimi ℥x. *miſce.*

Attenuat humores craſſos, lentos incidit, viſcidos detergit, hinc obſtructiones aperit: Sed tuſſim excitat, hinc cavendum in principio morbi ob aceti acrimoniam, quæ materiam crudam acriorem reddere & tuſſim excitare poſſet; Sic & cavendum ab eo viribus deficientibus, quoniam fruſtra ad excretionem ſtimulatur æger ubi humores ſunt ſatis tenues.

## Oxymel Scilliticum.

Recip. Mellis deſpumati ℔iij. Aceti ſquillit. ℔ j. *Coquantur lento igne ad perfectam conſiſtentiam.*

Ad pulmonum & ventriculi affectus pituitoſos utile eſt, hinc conducit aſthmaticis, quibus facilem reſpirationem efficit.

## Oxyſacharum Emeticum *Ludovici.*

Recip. Croci metallorum ʒiij. Aceti commun. ℥x. *infunde per triduum in loco calido, tunc ſæpius interea agitatus liquor filtretur, eique addatur*

 ſachari

ſachari albi ultra tabellarum conſiſtentiam cocti *ana, & vitro clauſo in calido detinendo ſponte ſolvatur ſacharum*, atque ſervetur.

Doſis eſt in adultis à ʒij. ad ʒvj. Infanti unius anni gutt. vij. &c.

## P.

## Panacea Anvvaldina, *Volkameri.*

℞. Cinnab. nativ. opt. ☿. dulcis ana ℥ß. magiſter. corall. margaritar. ana ʒij croci ℈j. m.

Vires ſunt inſignes in Epilepſia, vertigine, ac coagulationibus pituitoſis. Doſi gr. ij. iij. ad ℈j.

## Paſſulæ laxativæ, *P. A. R.*

℞. Fol. ſen. Alex. ℥iiij. cinamom. el. Zingib. ana ℈iiij. ▽. endiv. ℔iiß. *Infundantur per horas octo, deinde ebulliant ac leniter exprimantur, deinde huic*

*huic decocto addantur ſachar. alb.* ℥iiij. paſſul. min. mundat. ℔j. *atque poſt juſtam coctionem reponantur.*

Eodem modo parantur & *Cybebæ*, & *pruna laxativa, ſi loco aq. endiv.* additur *mucharum roſarum*, tum efficaciores fiunt paſſulæ laxativæ, ſed minus gratæ.

Adſtrictam alvum leniunt.

## Paſſulæ Solutivæ *ſiccæ P. A. R.*

℞. Paſſul min. ℥j Rad. eſulæ. præp. helleb. nigri præp. ana ʒij. *bulliant in libra una aquæ ad medias colentur, fortiterque exprimantur, poſtea addendo,* pulv. diacridii ℥j. *Quæ mixtura,* Paſſularum minorum ſucculentarum, & optimè mundatarum ℥vj. *affundatur, omniaque in patina contecta probè concutiendo permiſceantur, deinde paſſulæ extendantur in eadem patina, & prope fornacem exſiccentur.*

*Phar. Norimb. pro Paſſulis laxativis ſumunt paſſular. min. mund.* ℥iiij. Magiſt. Jalapp. & diagrid. ana ʒj. *& ex his conficiunt paſſulas laxativas.*

## Paſtilli pro Fumo.

Recip. Benzoi el. ℥iiß. Styrac. cal. ʒx. Lign. Al. ʒiij. Caryoph. ʒvj. Cinamom. el. ʒij. Lign. Rhod. ℥iß. ſach. alb. ℥xiiij. *cum infuſione* tragacant. ▽. Roſar. *facta, fiant paſtilli.*

*Philoniorum loco, ceu Opiatorum*, hodie opium ipſum in Extracto, vel Tincturis, pro



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0177-1

rei exigentia in uſum trahitur, & pro cujusvis intentione vel Electuariis, pulveribus aut aliis formulis immiſcetur ex tempore.

## Pilulæ de Agarico. *P. A. R.*

℞. Agar. trochiſc. ʒiij. Iridis Marrub. ana ʒj. turbith ʒv. ſpec. hier. picr. Gal. ℥ß. colocynth. Sarcocoll. ana ʒij. Myrrhæ ʒj. Sapæ q. ſ. *fiat Maſſa.*

Auxiliantur antiq. tuſſi & aſthmati, aliisque thoracis vitiis à craſſis & pituitoſis humoribus ortis.

## Pilulæ Aggregativ. *P. A. R.*

℞. Myrobal. citrin. Rhabarb. el. ana ℥ß. ſuccorum inſpiſſatorum aggerati abſynth. vulg. ana ʒiij. diagryd. ʒvj Myrobal. chebul. Ind. Agaric. troch. colocynth. polipod. ana ʒij. turbith. aloes ana ʒvj. Maſtich. roſarum, ſalis gemm. epithymi, aniſi. Zingib. ana ʒj. *cum* Syrup. roſarum ſolutiv. *fiat Maſſa.*

Sunt Pilulæ polychreſtæ ad varios capitis, ventriculi, jecoriſque morbos, & diuturnas Febres &c.

## Pilulæ de Aloe Roſata vel Violata, *P. A. R.*

℞. Aloes opt. *quæ* ſuccum roſarum, *vel* violarum, *tertia vice imbiberit, atque reſiccata fuerit* ℥j. *Ex quâ cum vino formentur Pilulæ pro lubitu.*

Minus quidem purgant, magis tamen roborant, & cruditates abſumunt, ac humorum putredinem arcent.

Pilu.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0178-6
DFG

## Pilulæ de Aloe Violata, *Phar. Norimberg.*

℞. Aloes pur. ℔j. Muchari violarum è floribus integr. ℔iij. Reſ. ſcamm. ʒvj. Maſtich. ℥iij. *Fiat ſ. a. Maſſa, è qua formentur pilulæ.*

## Pilulæ Aloephanginæ *ſive Aromat. Phar. Aug. Renov.*

℞. Cinamom. Cubeb. Lign. Al. Calam. Arom. Nuc. Moſch. Macis, Cardamom. Caryophyll. Rad. Aſar. Maſtich. Schœnanti. Spic. Ind. Galang. ana ʒj. abſynth. ſicci, Roſarum r. ana ʒ. v. *Dimidia pars horum aromatum craſſiuſcule contuſa infundatur in* ▽*æ* ℔iiij. *Coquantur lento igne ad media partis conſumpt. deinde exprimantur & colentur. In colatura diſſolvatur* Aloes ſoccotrinæ *cum* ▽*a* pluvial. depurat. ℔j. *& ulteriori coctura ad juſtam conſiſtentiam perducatur, ut cum reliqua aromatum parte ſubtiliſſ. tritâ,* nec non pulv. Myrrhæ, Maſtich. ana ʒv. Croci ʒiij. Fiat Maſſa.

Mundificant ventriculum, & cerebrum ab humoribus craſſis, ac inde natos dolores tollunt, ſtomàchi robur augent, appetitum inſtaurant, & cruditates tollunt, ſicque conducunt potius ad corroborandum ventriculum, quam alvum laxandam.

## Pilulæ de Ammoniaco, *Quercet. Phar. Aug. Renov.*

℞. Balſami, Aloet. ℥iiij. Gumm. Ammon. puri in

aceto ſcill. ſolut. ℥vj. Myrrhæ el. ℨß. Maſtich, ſpecier. diatr. ſant. ana ʒiß. Croci, ⊖. fraxin. abſynth. ana ℈ij. *cum* Syr. de Stœchad. *fiat Maſſa Pilularum.*

Conducunt ad fœculentæ materiæ abundantiam educendam, cachexiam, Febres inveteratas &c.

## Pilulæ Angelicæ, *ſive de Aloe & Rhabarbaro. P. A. R.*

℞. Aloes Socotrin. ℔j. diſſolve eam in *ſuccorum depuratorum* Cichor. endiv. bugloſſ. borrag. lupulor. Fumar. ana ℥iiij. Roſarum Damaſcen. ℔j. *Lento igne ad juſtam deducantur conſiſtentiam, ut cum ſequenti pulvere*, v. g Rhabarb. el. ℥j. Agaric. troch. ℨß. cinam. el. ʒij. *fiat Maſſ Pilularum.*

Conducunt ad viſcerum omnium roborationem, pravorum humorum correctionem & blandiſſimam evacuationem.

## Pilulæ Antipodagricæ, *Herbipolenſes.*

℞. Rad. ariſtoloch. long. ℨß. rotund. ℨij. polipod. q. ℨß. Cranii human. præp. ʒij. cum gumm tragacant. ℨß. aq. Roſ. ſolut. & ſyr. roſar. ſolut. *fiant* pill. *quæ per annum ſingulo mane ad* ʒß. *aſſumtæ, ad Podagram curandam à multis pro arcanis habitæ fuerunt, ſed infauſtus ſucceſſus bonam eis famam ademit apud plures*, intermediari verò debet ſingulis menſibus poſt plenilunium purgans aliquod conveniens.

## Pilulæ Arthriticæ, *Ph. Norimb.*

Recip. Pulv. Chamæpityos, Chamædr. ver. ana ʒij.

centaur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0180-6

centaur. min. *Rad.* ariſtol. rot. Rhapont. ver. gen- tian. ſem. hyper. cran. human. ſpagir. præparat. ana ℥iß. Rad. cichor. ſantali rubri ana ℥j *Incorporentur cum* ſ. q. ſucci chamæpyt. *addendo nonnihil therebint* cypr. *pro meliori unione, fiant Pill. pro lubitu.*

Vires titulus indicat.

## Pilulæ Arthriticæ, *Schæfferi*

*P. Schröd.*

℞. Reſin. Jalapp. ℨß. *Eſſ.* Rhabarb. ℈j. Ariſtol. rot. ℈iiij. gentian. ☿i ♁-lat ana ℈j. diagrid. roſat ℈iiij. Mag. ♂. ℈j. m. *fiant cum* Eſſent. Fol. ſen. Pilul. num. xxx. ex ℨj. *& deaurentur.*

Conveniunt in defluxionibus catarrhalibus, pituitam & ſeroſos humores blandè educendo. Doſi num v. ad x.

## Pilulæ Aureæ, *P. A. R.*

℞. Aloes, Diacryd. ana ℥v, Roſarum r. ſem. apii ana ℨiiß. ſem. aniſi, fœnic. ana ℨiß. Maſtich. pulp. colocynth. Croci ana ℨj. mellis roſat. ſolut. q. ſ. *ut fiat Maſſa.*

Caput purgant, hinc oculorum aciem exacuunt, flatus diſſolvunt, ac citra moleſtiam alvum dejiciunt.

## Pilulæ de Caſtoreo, *P. A. R.*

℞. Caſtorei, Doronic. Zedoar. Nuc. Moſch. ana ℨj. *Sem.* apii, anethi, *Matris perlarum,* ana ℈iiij. hyoſciami gr. iij. *cum* mucilagine tragacanth. *in* ▽. arthemis. *ſolut. fiat M. p.*

 Men-

Menſes obſtructos reſerat, & dolores uterinos ſedat, ac craſſos flatus diſſipat.

## Pilulæ Cochiæ, *Ph. Norimb.*

℞. Roſarum r. Spicæ Nard. Ind. Maſtich. Lign. Al. Cubebarum, Cinamom. Caſſ. Lign. Rad. Aſar. ana gr. xxv. Colocynth. ℨiij. ℈j. Diagridii ℨiiß. Turpethi, Stœchad. Arab. ana ℨv. Aloes ℨvj. ℈ij. Syr. de Stœchad. q. ſ. *ad formandam Maſſam.*

Caput efficaciter expurgant, & à nervis craſſos & pituitoſos humores evacuant.

## Pilulæ de Cynogloſſa, *P. A. R.*

℞. Rad. Cynogloſſ. ſicc. ſem. hyoſciami alb. Opii depurat. ana ℥ß. Myrrhæ ℨvj. thuris ℨv. Caryophyll. Cinam. Styrac. Calam. ana ℨij. *Cum ſyrupo ex* ſucco violar. & ſucco Cynogloſſ. *formetur ſ. a. Maſſa. Si Croci Auſtr. & Caſtor. genuin. ana ℨiß. adduntur, fiunt inde Pilulæ de Cynogloſſa cum caſtoreo.*

Catarrhos tenues ſiſtunt, ac tuſſim inde natam ſedant, ſomnum conciliant, & dolores placant.

## Pilulæ Fœtidæ, *maj. P. A. R.*

℞. Sagapen. Ammoniac. Opoponac. Bdell. Colocynth. ſem. rutæ hortenſ. ſicc. Aloes, Epithymi ana ℨv. hermodactyl. Eſulæ præp. ana ℨij. ſcammon. præp. ℨiij. cinam. ſpic. Ind. Croci, caſtor. ana ℨj. turbith. ℥ß. Zingib. ℨiß. euphorb. ℈ij. ſucci porri depurat. q. ſ. *ut fiat Maſſa.*

Pitui-

Pituitam craſſam tenacem & lentam evacuant, hinc doloribus arthriticis, colicis &c. medentur. *Sed* cum ſint valentes, eorum uſus circumſpectus ſit, nec niſi robuſtis concedendus.

## Pilulæ de Hiera cum Agarico.

℞. Specier. Hier. picr. Galen. Agaric. trochiſc. ana ℥ß. Aloes ℥j. Mellis roſati q. ſ. *ut fiat Maſſa.*

Stomachicis, aſthmaticis, aliisque ventriculi & thoracis vitiis à craſſis humoribus ortis conveniunt.

## Pilulæ Hydropicæ, *Phar. Norimb.*

℞. Aloes opt. ʒiiß. gumm. gutt. ſubtil. pulv. & cum malvat ſolut. & lævigat. ammon. ana ʒiß. diagrid. ſuperiori modo parat. ʒj. ♀i ⊖lat. ʒß. *cum* ſyr. Roſar. ſolutiv. *fiat Maſſa.*

## Pilulæ Hypochondriacæ, *Sylvii.*

℞. Gum. galb. aceto ſcill. ſolut. ℈ij. ⊖li ♂. ad albed. calcin. blando igne, Maſtich. el. ana ℈j. caſtor. opt. myrrh. r. ana gr. xv. croci. or. ℈ß. troch. alhand. ʒj. *Reſ.* jal. ſcammon. ana ℈j. Ol. cort. citr. gutt. vj. m. *fiant. Pill.* num. 50.

Harum pilularum tres pluresve ſumat ſubinde æger, cubitum iturus, quo ſic lentè vitioſi humores educantur.

*Eadem ingredientia addito ſuccino & olibano conſtituunt Maſſ. Pil. de Galbano Sylvii.*

Pilulæ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0183-3 DFG

## Pilulæ Hypochondriacæ, *Phar. Norimberg.*

℞. Gumm. ammon. in aceto ſcill. ſolut. ℥ij. Aloes ſocotr. ℥iiß. Myrrhæ, Maſtich. aſæ dulc. ana ℥j. Croci, ſalis abſynth. ana ʒß. ⊖. hyperici ʒj. *cum* ſyr. de abſynt. *Fiat Maſſa.*

## Pilulæ Immanuelis, *P. A. R.*

℞. Aloes ſocotr. ℥j. myrrh. el. ℈j. Croci or. ℈ß. cum Mithridat. *Fiat Maſſa.* Hæ Pilulæ ab aliis vocantur *Pilulæ peſtilentiales*, doſi ingredientium ſaltem variata.

Frequentiſſimi ſunt apud nos uſus in ventriculo & inteſtinis à vitioſis humoribus liberandis, quæ unà confortant flatuſque diſſipant.

## Pilulæ de Ladano, *Hartmanni.*

℞. Camphor. in *ana* Ol. Spicæ ſolut. gr. vj. Extr. Gummi Ladan. cum ſpir. vini fact. ℈j. Moſchi gr. iij cum mucilag. trag. ex ▽. major. fact. fiant pilulæ pro 2. doſibus.

Conducunt egregiè in dolore capitis noctu longè à paſtu ſumtæ, ac admodum laudantur in vertigine *à Wedelio de Medicam. compoſ. extemp.* p. 120.

## Pilulæ Lucis maj. *P. A. R.*

℞. Roſarum, Violarum, abſynth. colocynth, turbith. cubebar. calam. arom. Nuc. Moſch. ſpic. Ind. Epithym. Carpobalſ. Xylobalſam. *Sem.* Seſel. Maſſil. Rutæ, Aniſi, fœnic. apii, *Schœnanthi* Maſtich. Rad. Aſar.

Aſar. Caryophyll. Cinamomi Caſſ. lign. ver. Croci, Macis ana ℈j. Myrobal. omnium Rhabarb. ana ℈ij. Agaric. Senæ ana ℈iiß. Euphras. ʒj. Aloes, Socotr. *ad pondus omnium i. e.* ʒj. ʒvij. *Excipe* ſucco fœniculi, *& formetur Maſſa.*

Excrementa pituitoſa è cerebro & oculis evacuant, Viſum confortant, nervos opticos ab obſtructione liberando.

*Loco carpobalſami cardamomum minus hic accipiatur.*

## Pilulæ Lunares Boylei.

℞. Argentum ab omni cupro capellatum, *alias vomitus creat*, *ſolve in puro* Spir. Nitri: *Solutionem calore moderato exhalare ſine, donec in criſtallos abeat.* Tum in arena calore magis moderato adhibito, fœtor omnis exhaletur, ſed cave ne fundantur criſtalli, hinc calor lenis ſit, & vas ſubinde moveatur.

*Hos criſtallos è vaſe exemptos pondera, & tantundem adde* criſtallor. Nitri puriſſ. *hos ſeparatim diſſolve cum aqua pluvia, poſtea confundantur ſolutiones, & in vaſe vitreo in arena exhaletur humidum, ut in fundo maneat pulvis albus.* Si enim viridis eſt, tum ſignum eſt lunam ab omni cupro non ſatis eſſe depuratam: Cave etiam ne pulvis fundatur: hinc leni calore utendum.

*Et cum plerumque contingat ut* ⦶. *ab omni ſale haut ſit liberum, ac ſic ſpiritus* ⦶*i ſimul impregnatus ſpir.* ⊖*is, qui argentum præcipitat, hinc antea parum argenti ſpiritui* ⦶*i inſicito,*

quod

*quod ſpiritum ſalis præcipitat, ac ſibi jungit, & ſpiritus ⊕i depuratur.*

Cum mica panis formantur inde pilulæ magnitud. piſi minor. quæ ſerventur in vaſe optimè clauſo. Doſis eſt una aut altera, cum pomo toſto. Sunt maximæ efficaciæ adverſus hydropem & alios morbos à ſero nimio exortos & nervos infeſtantes. Si verò fortè acciderit, ut ex nimio pilularum uſu quid leuçophlegmatiæ ſimile oriatur, uſus aliquando erit intermittendus, & croco ♂. & extr. juniperi utendum.

## Pilulæ ♂iales *adimitat. Williſii.*

℞. Limatur. ♂. pur. ♀i crudi ſubtil. pulv. ana ℥iiij. coque in ▽. font ℔iiij. ad dimidias, tunc colaturæ infunde Herb. card. ben. abſynth. chamædr. Fl. cent. min. ana m. j. Rhabarb. el. ℥j. curcum. cinam. ana ʒiij. calam. arom. ʒvj. Croci ʒj. *Coque leniter per horas* vj. *tunc fiat colatura, quæ evaporetur ad conſiſtentiam, unde fiant Pilulæ.*

Vires ſunt ſatis conſiderabiles in obſtruct. Hypochondr. Hepatis, Menſium, Ictero &c. Doſ. ℈i. ad ʒß.

## Pilulæ Peſtilentiales, *Ruffi. Phar. Auguſt. Renov.*

℞. Aloes, Ammon. ana ℥j. Myrrhæ ℥ß. cum ſucco Limonum *fiat Maſſa.*

Humorum corruptionem prohibent,

vel corruptos eliminant, ſic in peſte conducunt &c.

## Pilulæ ſine quibus eſſe nolo.

Recip. Aloes lotæ ℥xiiij. quinque gener. myrobal. Rhabarb. Maſtich. abſynth. Roſarum, violarum, ſenæ, Agaric. cuſcutæ ana ʒj. diacrid. ʒviß. ſucci fœnic. q. ſ. *pro Maſſa paranda.*

## Pilulæ Spadanæ : *Coll. Leid.*

℞. ♂. cum 🜍. parat. ʒij. gummi ammon. diagrid. 🜍. ana ʒj *cum Syr.* roſar. ſolutiv. fiant Pilulæ.

Conducunt optimè in morbis chronicis, ubi ſuaviter purgant. Doſ. gr. vj. ad gr. xij.

## Pilulæ de Styrace, *Sylv.*

℞ Styrac. calam. ſucci liquirit. depurat. & inſpiſſat. olibani, myrrhæ, opii, ana ʒß. croci or. ℈j cum ſyr. papav. alb. *fiat* M. P.

Præ aliis omnibus ſerum ſalſum corrigunt, & pertinacem tuſſim ſedant, *Schrôderus* notat has vel ſimiles, etiam prægnantibus cum metu abortus tuſſientibus, multoties cum ſucceſſu datas fuiſſe.

*P. A. R. addit ambram gryſ. & ladanum.*

## Pilulæ de ſuccino *Crat. P. A. R.*

℞. Succin. præp. Maſtich. ana ʒij. Aloes Socotr. ʒv. Agar. troch. ʒiß. Ariſtol. rot. ʒß *Cum* Syr. de Bethon. *fiant Pilul.*

Depel.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0187-6

Depellunt catarrhos à pituitoſis & bilioſis humoribus enatos.

## Pilulæ Tartar. *Bontii, ex Schröder.*

℞. Aloes ſocotr. el. ℥iij. gumm. ammon. cum aceto ſcillit. depurat. ℥iß. ☿i ⊖-lati ℨß. m. *fiat Maſſa.*

Maximi ſunt effectus in obſtruct. lienis, meſenterii &c. egregiè incidunt mucilaginem ☿ream. Doſ. ℈j. ad ℨj. *Pilulæ hæ quondam maximæ fuerunt famæ apud Hollandos, ut pro piaculo haberent eas divulgare.*

## Pilulæ de ☿o *Schröderi, P. A. R.*

Recip. Aloes ſocotr. cum ſucco fragorum inſucc. ℥j. gumm. ammon. in gran. ℨiij. ⊖. ♂. ſubdulcis cum aceto deſt. parat. tinct. Croci or. ana ℨj. terræ foliat. ☿i ℨij. Extr. gentian. ℨiß. *Cum* Ra ☿i *fiat Maſſa.*

Saburram tartaream educunt, & lienem ac Uterum ab infarctu liberant.

## Pilulæ de Therebint, *Mynſichti, Correct.*

Recip. Thereb. Cypr in ſucco limon. lot. ℥iß. Extr. Rhabarb. ℨiij. ſuccini alb. præp. Magiſt. Ocul. 69. ana ℨj. ☿. ⊖. lat. ℨij. Oſſ. Meſpilor. ℨiß. m. *fiat Maſſa Pilularum.*

Conducunt in gonorrhœa, ac lienis Hepatiſque obſtructionibus. Doſ. ℨß. ad ℨj.

## Pilulæ Uterinæ, *Mynſicht.*

℞. M. Pill, alœphang. ℨj Fœc. bryon. ℨj. ⊖. Jovis Ang. matris

matris perlarum, corallor. r. ana ʒß. *Extract.* caſtor. callor. equarum ana ℈j. Ol. Angelic. ℈ß. m. *fiat* M. P. *& cum* oleo ſuccini *formentur Pilulæ.*

Specificum ſunt ad ſuffocationem Uteri, auroris aliquot continuis. Doſ. ℈j. ad ʒß.

## Pomum Ambræ, *P. A. R.*

℞. *Styrac.* Cal. Styrac. liquid. Benzoi, Galiæ, Moſch. ver. Alipt. Moſch. Ladani ana ℥iß. cinamom. el. caryophyll. ſantal. citr. ana ʒij. Roſarum r. Nuc. Moſch. Macis, Lign. aloes, cyperi tot. majoran. Gumm. elemi, Roriſmar. Ireos Illyr. ana ℈ij. gr. v. Mucilag. trag. fact. cum ▽. Roſarum q. ſ. Fiat Maſſa.

Odoris ſuavitate & fragrantia ſpiritus tum vitales tum animales recreat, vertiginoſos juvat &c.

*Pro divitibus poteſt addi Moſchus & Ambra, & pauxill. Ol. Caryophyll. ac pro majori ingredientium unione parum therebint. cypriæ.*

## Pomum Hyſtericum *Cnöffelii.*

Recip. Caſtor. opt. rec. ℥iß. gumm. galban. ʒiij. aſ. fœtid ℈ij. ceræ q. ſ. m. *fiat Pomum,* quod ol. ſuccin. *vel* Rut. *inungatur,* auri fol. *obducatur & capſulæ includatur.*

In Hyſterica paſſione ad odorandum exhibetur.

## Potus Hippocraticus, *Ph. Norimb.*

℞. Cinam. el. ℥ij. Zingib. galang. ana ℈ij. Nuc. Moſchi ℈j. ſachar. alb. ℥xvj. Vini albi generoſ. ℔. v. *probè*

 *tecta*

*vecta macerando per horas octo vel decem, poſtea ſæpius percolando redigantur in potum Hippocraticum, transcolatum liquorem aromatibus, in manica Hippocratis contentis, ſemper reaffundendo.*

## Pulvis *contra* Abortum, *P. A. R.*

Rec. Granor. chermes. ʒj. ſantali rubri ʒß. caryophyll. ℈j. N. Moſch. ℈ij. Rad. tormentill. ʒß. margarit. præp. corall. utriuſque præp. ana ℈j. Fol. Aur. num. iij. ſachar. perlat. ʒiij. m. fiat pulv.

Datur gravidis ad præcavendum abortum ex ovo ſorbili vel vino generoſo ſæpius, pondere ℈ß. ad ℈j. vel admiſcetur trageis aliis prægnantibus convenientibus.

## Pulvis abſorbens *Wedel.*

℞. ♁. diaph. Corall. r. ocul. 69. conchar. præp. Zinnab. nativ. ana ℈ß. ⊖li ♂. gr. vj. Extr. opii gr. j. m. fiat pulv. qui dividatur in 6. p. æq.

Effectum hujus pulveris non ſatis poſſe prædicari, Wedelius aſſerit, in affect. hypochondr. & inde natis ſymptomatibus lypothymicis, palpitatione cordis &c. ſæpè enim inde ſequitur vomitus optimo cum levamine. Singula doſis debet continere gr. j. ⊖. ♂.

## Pulvis Analepticus, *frigidus*, *Phar. Aug. Renovat.*

Recip. *Spec.* cordial. temperat. incompl. ʒij. de gemmis frigid. ʒj. ambræ gris. ℈j. ſpir. roſar. gutt. 60. Fol.

aur.

aur. num. xij. argent. num. iij. manus chr. ſimpl. ℥iij. m. fiat pulv.

Conducit ad virium conſervationem & reparationem.

## Pulvis Anodinus *Ludovici.*

℞. Laud. opiat. *Ludovic.* ʒj. corallor. r. præp. ʒij. m. fiat pulv.

Qui in compendio & tutius id præſtat, quod pretioſæ confectiones narcoticæ, vel antiquorum philonia, Requies, aut ipſa athanaſia magna promittunt, &c. vid. Ludovici p. 537.

## Pulvis Anonymus. *P. A. R.*

Rec. *Sem.* papav. alb. ʒij. portulac. cydonior. malv. bombacis ana ʒiß. quat. frigid. maj. excort. ana ʒj. *gummi* arab. tragacanth. amyli ana ʒij. hypociſtid. Boli armen. or. præp. C. C. uſt. Raſur. ebor. cicer. rubr. ana ʒß. cinamom. ʒij. ſachar. penid. ʒiß. ſachar. canar. ℥vj. m. *fiat pulv.*

Tabidis Phthiſicisque prodeſt, tenues & ſalſos humores & catarrhos ſiſtit & incraſſat, ac defluxiones acres ad pulmones ferri prohibet.

## Pulvis Antifebriticus Perlatus *Timæi.*

Recip. ♁. diaphor. ℥ß. margarit. præp. ℈iiij. Ocul. ♋ præp. C. C. uſti præp. ana ʒj. m. *fiat pulv.*

## Pulvis Apoplecticus, *Ph. Norimb.*

℞. Spec. de Roſis, ſuccini albi præp. ana ℥ß. Corall.

 rub.

rub. albor. Fragm. hyacinth. granati, rubini ana *præparatorum* ℥j. m. fiat pulv.

## Pulvis Auratus, *ZWelfferi.*

℞. Raſur. eboris ℥ß. pulv. Marchion. ʒiij. Scobis Auri in ſubtiliſſ. pulv. redacti ʒiiß. Bezoar. Orient. veri ʒij. Unicornu Marin. ʒj. m. *fiat pusv.*

Doſis eſt ℈j. ad ʒß. ſpiritus irradiat ; & à contagio maligno tuetur.

## Pulvis Bezoardicus *albus Ludovic.*

℞. CC. Phil. calcin. ℥j. Terræ Sigillat. Unicorn. foſſil. ana ℥ß. m. fiat pulv. *Simplex hic pulvis vel per ſe, vel* cinnabari, opio, ⊖. vol. C. C. &c. *exaltatus, longè concinnius id præſtabit, quod alii tot pulveribus alexipharmacis peſtilentialibus, vel & ſpeciebus de hiacintho, liberantis, pulveri Pannonico, totque aliis diverſorum authorum Bezoardicis adſcripſerunt, videatur Ludovici* p. 224. &c.

## Pulvis Bezoardicus, *Sennerti.*

Recip. C.C. Phil. calc. ʒiß. ocul. 69. præp. Terr. Sigill. Siles. ſuccin. margarit. præp. corall. r. præp. ā. ℈j. Oſſ. de Cord. cerv. Smaragd. præp. hyacinth. præp. Rubin. præp. ana ℈ß. Lap. Bez. or. ℈j. Fol. aur. num. iij. m. fiat pulv. Doſ. ℈j. ad ʒß.

## Pulvis Bezoard. *maj. Wedel.*

Recip. Radic. contrajerv. terr. Lemn. Unicorn. foſſ. corall. r. præp. ♁. diaphor. Succini alb. præp. ā. ℥i.

C.C.

C.C. philoſ. ℥ii. Lap. Bez. occid. ℥ß. ol. citri ℈ß. miſce, fiat pulv.

## Pulvis Bezoard. *minor ejusdem.*

Recip. ♁. diaphor. Ocul. 69. C.C. Philoſ. ana ℥i. Extr. Scorzoner. mont. ℥ß. m. fiat pulvis.

Pulveres hi alterandi & acidum malignum corrigendi fine ſunt utiliſſimi, in Febribus malignis, variolis, dyſenteria &c. Doſi ℈ß. ad ℈j. *Cum cinnab. nativ.* ⊖. *vol. CC. anodinis* &c.

## Pulvis Cachecticus *Quercet. Phar. Auguſt. Renov.*

Recip. Chalyb. cum 🜍. calcin. ℥i. Fœc. rad. aron. ʒiß. corall. margarit. ana præp. ʒii. C.C. philos. præp. ſuccini præp. cinamom. ana ℈iiii. ſachar. ad pondus omnium, *fiat pulv. Si ambræ adduntur* ʒiß. *tunc completus eſt hic pulvis.*

In curanda cachexia, & depravatorum humorum colluvie educenda celebris eſt, morbum virgineum curat & vitioſum colorem & pallorem tollit, &c.

## Pulvis Cachecticus, *alius.*

℞. Croci ♂. cum ⊖. abſynth. ▽. ſolut. facti ℥iii. C.C. Phil. calc. corall. r. præp. matris perlar. præp. ana ʒiii. Rhabarb. pulv. ℥ß. cinamomi ʒi. criſtall. ♀ ʒii. m. fiat pulv. Doſ. ʒß. ad ʒi. *poteſt item addi ſacharum.*

## Pulvis Cachecticus & Hypochondriacus.

℞. Limatur. ♂. q. l. humecta ſæpius aqua pluviali inſtar.

 pulmen-

pulmenti & exſicca ac reitera laborem, donec ſic in crocum vertitur, tunc ℞. hujus Croci ℥j. ſachari ℥ß. macis ʒij. m. Doſ. a. ℈j. ad ʒß. *bis in die, optime enervat acidum auſterum, & obſtructiones inde natas reſerat.*

## Pulvis Cachecticus, *Ph. Nor.*

℞. Caſſiæ lign. ʒiij. Croci ex ♁. ♂. ʒij. ſachar. alb. ℥j. miſce.

## Pulvis Carminativus, *ſive anticolicus Theſaur. Hoffm.*

℞. Caſtor. el. ʒij. ſem. cymin. cortic. arant. ā. ℥ß. miſce fiat pulv. doſis ʒj.

## Pulvis ad Caſum *P. A. R.*

℞. Terr. ſigillat. ſang. dracon. Mumiæ ana ʒij. ſperm. ceti ʒj. Rhabarb. ʒß. m. *fiat pulv.*

Propinatur præcipitatis, contuſis, ruptis &c. à ʒß. ad ʒj. cum vino vel decocto adſtringente.

## Pulvis *idem Ph. Nor.*

℞. Ocul. ♋. Mumiæ, ſang. dracon. ā. ʒij. ſang. hirci ſicc. ʒiß. ⊽. ſigill. boli armen. ana ʒj. Rhabarb. ʒß. m. *fiat pulvis.*

## Pulvis è chelis cancrorum, *P. Lond.*

℞. Margarit. præp. Ocul. ♋. corall. r. ſuccini alb. C. C. Lap. Bez. or. ana ℥ß. pulv. ex apicibus nigr. chelarum cancrorum *ad pondus omnium, Fiat pulvis ſ. a.*

Pulvis

## Pulvis Comitiſſ. de Cent. *alias Anglicus.*

℞. Apicum nigr. chelarum cancrorum, *Junio captor. & in pollin. redact.* Rad. contrajerv. ana ℥ij. margarit. corall. r. alb. Ocul. ♋. *cum ſucco limon. ſupra marmor ſimul lævigatorum, & ſiccat.* ſuccini alb. criſtallorum, *cum* ▽. *roſarum ſubtil. tritor. & ſiccat.* C. C. opt. calcinat. *& cum ſucco citri lævigati & ſiccati* ana ℥i. Bezoar. occid. Terr. lemn. ana ℥ß. ceruſſ. ♉. ℥ij. ambr. gryſ. ʒiß. Moſchi ℈ß *miſceantur omnia exactè & cum gelatina è ſpoliis viperarum & C. C. cum aquâ cardui facta, & croco leviter tinct. q. ſ. fiant globuli cautè ſiccandi.*

*Charas* hanc tradit deſcriptionem.

℞. Extremitatum nigrarum pedum majorum cancrorum marinorum, ℥iiij. Ocul. ♋. fluviat. Margaritarum. Oriental. Corallor. rubr. præp. ana ℥j. ſuccini albi, Radicis Contrajervæ Virginianæ ā. ʒvj. Lapidis Bezoar. Oriental. ʒii. Oſſis de corde Cervi ℈iiij. Croci ℈ij. *Omnia ſubtiliter pulveriſata irrorentur,* ſpiritus mellis ℥ß. *deinde excipiantur* Gelatina Viperina, *& fiant Trochiſci in umbra ſiccandi & uſus tempore pulveriſandi.*

## Pulvis ad Dentifricia *Moſchatus, Phar. Aug. Renov.*

℞. Pumicis ℥ij. oſſis ſepiæ ʒvj. corall. r. pulv. ʒj. Rad. ireos ℥j. moſchi Zibet. ana ℈ß. ol. lign. Rhod. Nuc. Moſch. deſt. ana gutt. iiii. garyophyll. gutt. iij. m.

Mucoſos dentes à ſordibus purgat, eoſque dealbat.

## Pulvis Dentifricius, *Mynſichti*, *Farina virginea dictus.*

℞. Silicum fluv. calcinat. & pulv. ℥vj. Lapid. pumicis præp. ℥j. Rad. ireos flor. ℥ß. galiæ moſchat. ver. ʒj. ol. ſtill. roſar. ℈j. m. *fiat omnium pulv.*

Pulvere hoc, vel præcedente, ſæpè hinc inde cum lacinia lanea diligenter fricantur dentes.

## Pulvis contra Dyſenteriam *Timæi.*

℞. C.C. uſti, Tormentill. pulv. ana ℥ß. Terr. ſigill. Strig. ʒij. Boli armen. lap. hæmat. præp. corall. r. præp. cortic. granator. Balauſt. Roſarum r. ana ʒj. Maſtich. ℈iiij. Tragacant. albiſſ. m. *fiat pulv.*

## Pulvis ad Dyſtokiam, *P. A. R.*

Recip. Cinam. pulv. ℥j. ſuccini alb. præp. ℥ß. boracis, teſticulor. equi ana ℥j. croci ℈viij. m. fiat pulv.

Pulverem hunc ad partum facilitandum, & ſecundinas expellendas, experientia & multiplex uſus commendant.

## Pulvis Epilepticus, *Marchionis.* *Phar. Norimb.*

Recip. Rad. pœon. maris, ſuo tempore (*menſe Martio in novilunio junctis quippe in ariete ſole & luna*) effoſſarum ℥ß. ſpodii ex ebore ʒij. viſci quercin. limatur. ungul. alc. C.C. ſpagir. præp. corall. rubr. albo-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0196-0

alborum, margarit. ana præp. ʒj. Fol. auri num. xx. m. fiat pulv.

Prodeſt pulvis hic Epilepticis, apoplecticis, incubo laborantibus, & nocturnos terrores fugat.

*P. A. R. addit ſaltem ſpodii ʒj. reliqua ingredientia cum his eadem ſunt.*

## Pulvis Epilepticus, D. Engelhard. *Med. Hohenloici Oeringens.*

Recip. *Rad.* Pœon. legitimo tempore effoſſ. ʒiiß. valerian. ʒß. viſci corylin. ʒj. ſpecif. cephal. ʒiij. pulv. marchion. ʒj. cinnab. nativ. præp. ℈ij chryſolit. alcoliſat. ʒß. *magiſt.* Smaragd. ℈j. cornu Rhinocerot. ʒj. *Lapid.* ſpecular. præp. ʒß. ſuccini alb. præp. ℈j. m. fiat pulv.

Doſ. eſt ℈ß. ad ℈j. *mane & ſero cum vehiculo idoneo per plures dies continuando, donec paroxyſmi remittunt.*

## Pulvis Epilepticus *mihi familiaris.*

℞. Rad. valerian. ʒiij. viſci corylin. ʒij. Cran. human. Ungul. alces, cornu Rhinocerot. ana ſubtiliſſ. limat. ʒiß. ſuccin. alb. præp ʒj. Smaragd. præp. cinnab. nativ. præp. ana ℈iiß. caſtor. ʒß. camphor. ℈j. miſce *fiat pulv.*

Doſ. eſt ℈j. ad. ʒß. *cum vehiculo conveniente.*

## Pulvis pro Epithemate *Cordis, Ph. Norimb.*

Recip. Santali rubri ℥j, albi, cortic. citri ana ℥ß. *Flor.* cordial.

cordial, tunicæ, meliſſ. cichor. ā. m. j. ſuccini ʒij. m. fiat pulv. P. A. R. *addit Lignum aloes, caryophyll. cum Roſis rubr, &c.*

## Pulvis Eryſipelatodes, *Mynſichti.*

℞, Farin. vol. ℥vj. plumbi uſti, Boli rubri ana ℥ij. Maſtich, & Olibani ceruſſ. ana ℥j. miſce *fiat pulv. ſubtiliſſ.*

Inſpergitur hic pulvis chartæ cœruleæ, & loco affecto applicatur eryſipelate cruciato.

## Pulvis Haly *contra Phthiſin, Phar. Aug. Renov.*

Recip. Sem. papav. alb. ʒv. gummi Arab. amyli, tragacanth. ana ʒiß *ſem.* portulac. goſſypii, alth. malv. ana ʒiiß. quat. frig. maj. excorticat. cydonior. mundat. ana ʒiiiß. ſpodii præp. ſucci liquirit. vel pulveris ejus ana ʒiß. ſachar. penidii ad pondus omnium, miſce, fiat pulv.

Pulvis hic ratione effectus cum pulvere anonymo idem eſt, *aſt, quoniam ob nimiam ſeminum molem facile hi pulveres ranceſcunt, hinc minori quantitate ſemper recenter parare convenit.*

## Pulvis Hyſtericus *mihi familiaris.*

Recip. Antophyllor. caſtor. croci ana ʒij. Matris perlar. præp. ſuccini alb. præp. ana ℥j. ol. deſt. ſuccini alb. ℈j. m. *fiat pulv.* Doſis eſt à ℈j. ad ʒj.

## Pulvis contra Lumbricos *Timæi.*

℞, *Sem.* ſanton. ℥j. Hyperici ʒij. citri ʒiß. Rad. filicis, Flor,

Flor. tanacet. ana ʒiij. ⊕.li calcinati ʒij. miſce *fiat pulv.*

## Pulvis Mantuanus, *Ph. Norimb.*

℞. *Lapid.* Bezoar. Or. occident. terr. ſigillat. cinereæ *ana* ℈ij. *Rad.* contrajerv. anthor. Scorzoner *ana* ʒiß. Lapid. pretioſorum præp. Boli armen. præp. Cornu Rhinocerot. corall. r. præp. margarit. præp. *ana* ʒj. *miſce fiat pulv.*

## Pulvis ad Morſum Canis Rabidi, *Phar. Norimb.*

Rec. *Fol.* Rutæ, verben. ſalv. minor. plantag. polypodii, abſynth. vulgar. menth. arthemis. melyſſophyll. betonic. hyperici, cent. min. ana q. l. *ex ſiccatis in umbra fiat pulv.*

## Pulvis Pannonicus, *Ph. Norimb.*

Recip. Boli armen. cum aq. roſarum & acetos. præp. ℥iij. Terræ Lemniæ ver. præp. ℥ij. Corall. rubr. præp. ℥ß. alborum præp. ʒvj. Lapid. Smaragd. Rubini, Saphiri, Hyacinth. ana præp. ℥ß. margarit. præp. ʒv. cinam. el. ʒij. caryophyll. ʒj. Rad. contrajerv. ʒij. cortic. citri ſantal. alb. ana ℈iß. rubri ʒij. ſpodii ex ebore ſpagyr. præp. ℥j. Croci Or. ʒj. Bezoar. Oc. ℥ß. Fol. auri puriſſ. num. 50. m. *fiat omnium pulv.*

*Poteſt etiam hic pulvis præparari abſque* Margaritis & Bezoar. *Sic nomen meretur pulv. Pannonici minus pretioſi.*

P. A. R. *loco* Lap. Bezoar. *addit* C. C. Phil. præp. & Raſur. eboris; *ac* ſemen acetoſæ loco radic. contrajerv. *ſubſtituit.*

Adver-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0199-0

Adverſus Febrium peſtilentium noxas, & contagioſorum morborum invaſiones potens eſt. Sic & datur infantibus & pueris, ubi variolarum aut morbillorum ſuſpicio adeſt, quos optime promovet, & humores à putredine vel gravi inverſione tuetur, datur cum aq. cardui &c.

## Pulvis Partum promovens. *Phar. Norimb.*

Recip. Cinam. opt. ʒvj. caſſ. lign. ver. ℥ß. ſuccini alb. ʒiij. croci ʒij. m. *fiat pulv.*

Ad partus labores facilitandos utiliter exhibetur, datur cum *aqua Lilior. alb.* aut alia.

## Pulvis Pleuriticus, *Ph. Aug. Renov. & Phar. Norimb.*

Recip. Mandib. lucii piſcis præp. Dentis apri præp. ana ʒij. lap. percar. talorum lepor. Ocul. ♋. præp. Ocul. lucii piſcis præp. *Sem.* card. ben. arthemis, rubr. ana ʒj. *miſce fiat pulv.*

Contra Pleuritidem tam ſpuriam quam exquiſitam vel & epidemiam, ad dolores mitigandos, & inflammationem ſive ſtagnationem reſolvendam ſingulare eſt remedium.

## Pulvis Pleuriticus, *Ludovici.*

Recip. Oſſ. capitis lucii ℥i. ſanguin. hirci, ſulfur. citr. ana ℥ß. m.

Doſis à ℈j. ad ʒß. vel ʒj. *cum vel ſine tantillo* opii, bis vel ter datus omnem expectationem

nem explebit, modo, ſi pleuritis ferocior & maligna ſit, mixtura ſimplex, ceu efficax hic reſolvens, præmittatur, & in majori niſu expectorans quoddam in forma liquida interponatur: Invertentibus verò & cancrinis atque corallinis, vel parum vel non opiatis cura claudatur.

## Pulvis Sabaudicus, *P. A. R.*

Recip. Cinamomi el. ʒiij. caryophyll. ʒij. Maſtich. el. Myrrh. el. *Rad.* tormentill. ana ʒj. Zedoar. anthor. contrajerv. ſcorzoner. corallor. r. præp. margarit. præp. Sapphir. præp. Rubini præp. Smaragd. præp. Hyacinthi præp. Lapid. Bezoar. or. Unic. ver. ana ʒij. Boli armen. præp. Terr. Sigill. ver. ana ʒj. cortic. citri ℥ß. Fol. auri num. x. ♁. diaphoret. ad pondus omnium. m. *fiat omnium pulv.*

*Moſchi & ambræ ana ℈ß. aliâs addi ſolitum, omiſimus, à Medico, ſi expetat, uſus tempore ſupplendum.*

VIRES ejus ſunt alexipharmacæ, unde in Febribus malignis, expellendis variolis &c. magnopere laudatur.

## Pulvis ſenæ præparatæ, *P. A. R.*

Recip. Fol. Senæ ℥iß. Zingib. macis ana ʒiii. cinamomi, 🜿i ana ʒiß. m. fiat pulv.

Purgantur hoc pulvere humores aduſti, ſeroſa colluvies, pituita ſalſa, eoque cutis fœditas ac ſcabies eluitur.

Pulvis

## Pulvis Solutivus *Timæi.*

Recip. Reſin. Jalapp. ʒij. ſem. melon. excort. ʒiiij. exactiſſimè tritis adde crem. ♀. ℥ß. conf. alkerm. ʒj. *miſce denuò & fiat pulvis.* Doſis ℈ß. ad ℈j. vel ʒß.

## Pulvis Sperniolæ, *Phar. Norimb. ex Schrödero.*

Recip. Myrrh. el. Thuris maſc. *ana* ℥ij. camphor. ʒiij. Croci triti ʒß. *terantur omnia & miſceantur. Pulvis hic* aquâ ex Spermate Ranarum *per ſaccum reſoluta imbibatur vigeſies vel trigeſies, ita tamen ut ſemper prius ſponte exſiccetur, tandem demum* camphora, *ne exhalet, addatur, & uſui aſſervetur.*

Prædicatur ceu inſigne remedium in hæmorrhagiis narium, & uteri, Doſi gr. v. ad ℈ß. cum vino calido applicatus, inflammationes optimè compeſcit.

## Pulvis Stegnoticus, *P. A. R.*

Recip. Lapid. ætites ʒj. hæmatit. præp. carneoli præp. Corn C. uſti præp. Terræ ſigill. ver. ana ʒß corall. r. reſolutorum ℥ij. *miſce & fiat pulv. ſubtiliſſ.*

Ad omnes fluxus ſanguineos narium & hepatis ſiſtendos, menſes ſuperfluos, dyſenteriam, diarrhœam, alvi & uteri profluvia alba, ſingularis eſt efficaciæ.

## Pulvis Sternutatorius, *mihi familiaris.*

Recip. Flor. liliorum convall. lavendul. anthos: ſpic. Indic. ana ʒj. Lign. Aloes ʒß. Majoran. ℥ß.

Beton.

Beton. ℥ij. Helleb. alb. ℈j. Caſtor. ʒj. ℈j. ⊖is vol. C.C. ℈ß. m. *fiat pulv. Quibus odor. hic nimis gravis eſt & infeſtus, addant loco caſtorei & ⊖. vol. CC.* Galiæ moſchat. ʒß. cum ſachari albi ℥ß.

Purgat hic pulvis caput ab humoribus craſſis, ſpirituſque ſic torpidos rurſus excitat, & in libertatem vindicat.

## Pulvis Sternutatorius, *Ph. Norimb.*

Recip. Herb. Majoran. roriſmar. pulegii ſatv. ana ℥iß. Nicotian. Radic. Hellebor. alb. ſelect. ſem. nigell. ana ℥j. moſch. gr. v. m. *pro pulvere.*

## Pulvis ad Strumas, *Phar. Norimb. & Phar. Aug. Renov.*

Recip. Spongiæ combuſt. Lapid. ſpongiæ, pilæ marinæ toſt. oſſis ſæpiæ, pyrethri, piper. long. nigri Zingib. cinamomi, gallarum, ⊖is gemm. ana ℥j. miſce *fiat pulvis.*

Reiterata pulveris hujus aſſumptio à plenilunio ad novilunium uſque feliciter ſtrumas abigit. Doſi ℈j. ad ʒß. & ultra, cum vino, mane & ſero aliquot horis ante paſtum.

## Pulvis Stomachicus, *Birkmanni. Phar. Aug. Renov.*

Rec. Pulv. Rad. ari præp. ℥ij. Acori vulg. Pimpinell. ā. ℥j. ocul. ♋. ℥ß. cinamomi ʒiij. ⊖is abſynth. Juniper. *ana* ʒj. ſachari roſati ad pondus omnium, m. *fiat pulv. guſtui non ingratus.*

Pulvis hic ad varia ſtomachi vitia, dolores, cardialgiam &c. egregiè conducit.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0203-3
DFG

## Pulvis ad Suppoſitoria, P. *A. R.*

℞. Spec. hieræ picr. ℨiß. colocynth. pulv. ℨvj. Helleb. alb. pulv. ℥j. ⊖is comm. ℥iij. farin. frumenti ℥xviij. cum vitellis ovorum & mellis deſpumati q. ſ. fiant ſuppoſitoria.

Alvum ſolicitant, & ſedes remorantes evocant, hæmorrhoidibus verò obnoxiis haud dentur, cum nimium ſtimulent, qui hinc leviori quodam ex ſapone &c. ſecurius moventur.

## Pulvis Tartari ſolutivus, *P. A. R.*

℞. Criſtall. ♀i Fol. ſenæ ſelectiſſ. ana ℥j diacrydii ſulfurat. ℨij, ſem. aniſi el. cinamomi, galang. min. ana ℨj. caryophyll. ℨß. m. *fiat pulv.*

Pituitam & bilem, humoreſque aduſtos optimè purgat.

## Pulvis adverſus Vermes. *P. A. R.*

℞. Semin. Santonic. ℥iiij. Fol. ſenæ ℥j. C. Cervi, Coriandri præp. ana ℨß m. *fiat pulv.*

Pulvis hic in enecandis & expellendis lumbricis longo uſu ſatis comprobatus exiſtit.

## Pulvis Violarum Odoratus, *Phar. Auguſt. Renov.*

℞. Ireos flor. ℥vj. Roſarum rubr. ℥iiij. cyperi ℨß. Majoran. caryophyll. ſtyrac. ana ℥j. Benzoi, ſantal. citr. ana ℥ß. Violarum ℨiij. moſchi ℨj. m. fiat pulv.

Pulvis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0204-9 DFG

Pulvis hic odore ſuo grato, caput & ſpiritus roborat extrinſece adhibitus.

## Pulvis alius Odoratus.

℞. Rad. Irid. flor. ℥ij. Lign. Aloes, Rhodii, ſantal. citr. ana ʒij. Cyper. rot. ʒj. Flor. Violar. Roſarum, anthos, Lavendul. ana ʒiij. Storac. calam. Benzoi ana ℥ß Herb. Majoran. origan. ana ʒiß. caryophyll. ʒj. ℈j. cortic. citri ʒiiß. Moſchi, ambræ, pro lubitu, miſce, fiat pulv.

Easdem vires cum priore obtinet, ſacculis incluſus & veſtimentis appoſitus, eadem à tineis præſervat, in cucuphis vero capiti prodeſt.

## R.

## Regulus ♁.

Recip. Antimon. el. ℔iij. Tartari ℔iß. Nitri ℥xvj. *pulveriſata miſceantur & in crucibulo ignito detonentur, poſtea igne ſuppreſſionis adhibito*

*in fluorem deducantur, in conum fuſorium calefactum & ſebo illitum effundantur, conum, ut in fundum abeat Regulus, concutiendo, tandem ſcorias ab eo ſeparando, ex ſcoriis vero aqua ſolutis, per præcipitationem cum aceto ſulfur auratum ſeparando.*

Uſus Reguli eſt ad ſcyphos vomitorios conficiendos aliosque labores tam Medicos, quam chimicos.

*Si Regulus ♁. ♂ialis expetitur ſuperiori maſſæ in tigillo fluenti immitte baculum ♂. ignitum, ac maſſam fluentem movendo quaſi ac removendo ſolvetur baculus ferreus, & fiet Regulus mixtus ♂ialis, ad ℔j. ♁. poteſt addi ♂is ℥ij. vel ℥iiij.*

## Regulus ♁. Medicinalis, *vide* Antimonii Regulus Medicinal.

## Rob. de Agreſta.

℞. Succi agreſtæ depurat. ℔ij. ſachari ℔j. *coque ad conſiſtentiam mellis, & ſervetur.*

Refrigerat & adſtringit, ſitim ſedat, bilioſos ructus compeſcit &c.

## Rob. de Berberibus; Cornis; Cynosbati; Ebulinum; Ribium &c.

in *P. Norimb.* fiunt ſuccorum prædictorum, ℔ij. cum ſachari ℔ß. ſ. a. coquendo ad conſiſtentiam melleam.

Phar. Aug. Renov. Conficit *Rob. de Berberibus, Cydonior. Ribium, Ebulinum, Sambucinum*, per ſe absque ſacharo ad mellis conſiſtentiam coquendo.

## Rob. Nucum. *P. A. R.*

℞. Succi corticum viridum, Nucum Jugland. ℔iiij. mellis ℔ ij. *fiat ſ. a. Rob.*

Eſt medicamen admodum efficax, ad deſtillationes in fauces, ad oris plegmonas & ſynanchas.

## Rob. Dia-Moron. *P. A. R.*

℞. Succi mororum domeſticorum depurati ℔v. *In quibus ſolvatur* ſachari ℔j. *clarificetur cum* album. ovi, *& coquatur ad juſtam conſiſtentiam.*

Conducit ad faucium ardores, anginæ principium, & oris ulcera, ac tonſillarum inflammationes.

## Rotulæ Diaireos, *P. A. R.*

Recip. Specier. Diair. ſimpl. ℥ij. Extract. liquirit. ʒj. ſachar. in ▽. violarum ſolut. ℥xvj. *fiant ſ. a. Rotulæ.*

In Tuſſi & raucedine ſunt optimæ.

## Rotulæ Imperiales, *Mynſichti.*

℞. Conf. alkerm. compl. ʒß. margarit. præp. ʒj. Ambr. griſ. ℈ß. moſchi gr. v. ſachar. alb. in ▽. roſarum, fragrant. ſol. ℥viij *fiant ſ. a. Rotulæ.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0207-7 DFG

Spiritus & memoriam confortant, vertiginem diſcutiunt, &c. Doſi num. 2. & 3. ſæpius ſumendo.

## Rotulæ Lac provocantes, *Mynſichti.*

Recip. Criſtallor. præp. ℥ß. corall. r. præp. ʒj. margarit. præp. ʒß. Ol. fœnic. ℈j. ſachar. in ▽. Nuc. Moſchat. ſolut. ℥iij. m. *fiant* ſ. a. *Rotulæ*

Dantur nutrici ſingulis diebus mane, meridie & veſperi 4. aut 5. pro una vice.

## Rotulæ Stimulantes, *Mynſichti.*

℞. Borrac. Ven. ʒij. ſem. ling. avis ʒj. Boleti cervin. carnis ſcincorum ana ʒß. piper. long. ℈j. cantharid. corp. ol. cinamom. ana ℈ß. ſachar. alb. in ▽. Rad. ſatyr. & anthos ſolut. ℥vj. *fiant Rotulæ.*

Valent optime ad impotentiam virilem, Doſi num. 3. ad 6. noctu cubitum eundo.

Sacha-

## S.

## Sacharum Roſatum tabulatum, *Ph. Norimb.*

℞. Pulv. roſarum rubr. finiſſ. ℥ß. ſachar. alb. aq. roſarum ſolut. ℥viij. m. *fiat confectio in rotulis vel morſellis.*

## Sacharum Saturni.

Recip. Minii q. l. *affundatur* ei Aceti deſtillati q. ſ. *digerantur calore moderato, vel parum coquantur, donec acetum evadat dulciſſimum, tunc filtra, & evapora ad quinta vel ſeptim. partis remanentiam. Sic reliquum abibit vel in criſtallos vel ſubſtantiam ſacharinam. Remanentia novum affunditur acetum, & reiteratur labor tam diu, quam diu acetum dulcedine ſufficiente imbuitur.*

Datur internè, Doſi gr. j. ad ℈ß. ad gonorrhœam, & pollutionem nocturnam, cum therebint. cocta &c. Externe omnibus inflammationibus ſuccurrit, humores acres obtundit, in unguentis vel Emplaſtris, aquis ophthalmicis &c.

## Sal Abſinthii, *P. A. R.*

Rec. Abſinthii ſicci q. v. comburatur in cineres albos, *ſal extrahatur cum aqua communi calida aliquamdiu digerendo, poſtea aqua per inclina-*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0209-1
DFG

*tionem & filtrationem ſeparetur, idque novam affundendo aquam eo usque repetatur, donec aqua lixivioſo ſapore amplius non imbuatur; tandem exhalando coaguletur, & denuo ſolutum, filtratum, atq; donec pellicula in ſummitate concreſcere incipiat, evaporationi commiſſum reponatur, ut in criſtallos concreſcat, qui exſiccentur; remanens vero liquor ulteriori criſtalliſationi, evaporando & reponendo accommodetur.*

Salia hæc ſunt diuretica, & diaphoretica, hinc ad obſtructiones aperiendas, & humores craſſos incidendos ſunt ſatis idonea.

*Ad modum ſalis abſynthii omnia alia fiunt ſalia herbarum fixa.*

## Sal Acetoſellæ, *P. A. R.*

Recip. Succi Acetoſell. expreſſi depuratique magnam quantitatem; hæc coquendo ad craſſiorem conſiſtentiam deducatur, & in locum frigidum reponatur, ut criſtalli in eo concreſcant, quibus exemptis, liquor reliquus ulterius inſpiſſetur & denuo ad criſtalliſandum reponatur, tandem collectum ſal, in aqua ſolvendo, filtrando & coagulando, depuretur.

*Salia hoc modo parata, Eſſentialia vocari ſolent.*

Conducit hoc Sal Hepati.

## Sal Corallorum, *P. A. R.*

Solve Corallia Rubra Aceto Deſtillato, tunc filtra, atque ad ſiccitatem coagula. *Eodem modo*

*oculi cancri etiam in ejusmodi corpus ſalinum convertuntur.*

## Sal Cornu Cervi , Cranii Humani &c. Volatile.

Recip. Cornua cervi ponderoſa vel crania humana violenta morte peremptorum : *Conſcindantur in fruſta ; Repleatur hoc vel illo retorta loricata ad collum usque* ac igne aperto per gradus accenſo ; in amplum vas recipiens deſtillentur, usque dum nebulæ in eo comparere deſinunt, tunc decruſtato luto , *ſal in collo retortæ & recipienti hinc inde adhærens cum liquore in recipiente contento addita aliqua parte ſpiritus vini eluatur & miſceatur*, ac per filtrum antea humectatum ab oleo ſeparetur, poſtea in phiola præalta , *additis cineribus oſſium calcinatorum*, tantum ut omne liquidum eis abſorbeatur , lento igne in ſal depuratum ſublimando reducatur, & vel ſeorſim , vel cum ſubſequente tandem ſpiritu, ſive phlegmate ſalino conjunctim aſſervetur. *Oleum itidem cum cineribus mixtum per retortam rectificari poterit ad externos uſus.* Caput mortuum vero ulteriori calcinatione ad albedinem deductum C. C. uſtum ſuppeditabit.

VIRES tam Salis quam ſpiritus ſunt aperientes, alexipharmacæ, & inprimis in Epilepſia, Apoplexia aliisque affectibus ſoporoſis inſignis efficaciæ.

*Alii absque cineribus additis ſublimationem ⊖ is vol. à liquore conjuncto inſtituunt, leni balnei calore , ſed probè notandum ut ⊖. quam primum videtur eſſe maximam partem ſublimatum*

*eximatur, alias ab inſequentibus partibus liquoris ſubtilioribus rurſus ſolvitur & deliqueſcit.*

In hunc modum ex Ebore, Ungulis, Fuligine &c. parantur ſalia volatilia & ſpiritus.

## Sal Lumbricorum, viperarum &c. *Volat.*

℞. Lumbricorum terreſtr. vel Viper. exſiccatorum, q.ſ. impleto eis retortam loricatam, & ex igne aperto per gradus adhibito deſtillentur: *Liquor protectus, cum ſale in eo ſoluto, addita ſpiritus vini particula, ab oleo per chartam emporeticam prius aqua humectatam ſeparetur:* & ut in præcedenti proceſſu, per phiolam ex arena rectificetur.

VIRES ſalis lumbricorum volat. diaphoreticæ ſunt, & diureticæ, præcipue arthriticis admodum convenientes, *ſive ſal per ſe ſeorſim, ſive in liquore ſolutum ſpiritus nomine exhibeatur.*

## Sal Mirabile Glauberi, *Collect. Leid.*

℞. Salis marin. ℥vj. ſolve in ſ.q. aquæ comm. & affunde olei 🜖-li ℥vj. *immitte retortæ vitreæ & in arena deſtilla ad ſiccitatem uſque,* & prodit ſpiritus ſalis penetrantiſſimus. *Oleum vero vitrioli coagulatur cum alcali ſalis communis & conſtituit caput mortuum.* Hoc exime & ſolve aqua calida, ſolutionem filtra, & evapora ad quartæ partis conſumptionem: *tunc per 24. horas in loco frigido poſitum concreſcet in criſtallos in*

ſuper-

*ſuperficie*, quæ ſeparatæ conſtituunt ⊖. mirabile Glauberi.

*Criſtalli hæ ſuper charta alba*, *& arena calida in pulverem albiſſimum leniter calcinatæ, coagulant omnis generis liquores*, ſi ſalis hujus pars una liquoris partibus tribus additur, ſic per noctem liquor abibit in glaciem.

*Criſtalli vero non debent eſſe corroſivæ*, *ſed ſaltem ex ſalſo dulces*: Si vero ſint corroſivæ, denotat nimis multum evaporatum eſſe ex aqua, hinc neceſſum eſt ut de novo ſolvantur, iterum filtrentur, & evaporatio caute inſtituatur, *ut ſaltem poſſit criſtalliſari in ſuperficie, in fundo remanente liquore valde corroſivo, qui à criſtallis ſeparandus.*

Spiritus ſalis, qui in deſtillatione prodiit, movet urinam, extinguit ſitim, ac ſolvit aurum.

## Sal Polychreſtum, *Charas.*

Recip. Nitri criſtallini & ſulfuris puri ana p. æq: *craſſe contuſa miſce & in crucibulo ignito per vices detonato, non ultra ℥j. injiciendo. Poſtea urge ignem per bihorium, ac refrigerato crucibulo exime ſal, in aqua ſolvendum, filtrandum, & evaporatione debita in criſtallos redigendum.*

℞. Hujus ⊖is ℔j. Flor. ✱ci ℥iiij. ſolve ambo, filtra, & per evaporationem rurſus in criſtallos redige & ſerva.

Vires ſalis ſunt incidentes & deter-

gentes, optimumque purgantibus aliis præbet ſtimulum à ʒß ad ʒj. in infuſis aut decoctis, vel cereviſia.

Sal Tartari fixum fit, tartarum in vaſe terreo in furno figulino calcinando, tum elixiviando, filtrando & coagulando in vaſe ferreo.

*Si quis brevi manu hoc ſal deſideret.* ℞. ⦶*i* & ♀i crudi *ana: hæc ſubtiliſſime pulveriſando & mixta in crucibulo detonando, habebit* ⊖. ♀. *albiſſ.* absque prævia ſolutione in uſum trahendum.

Sal Tartari Volatile. Fit vulgo ex fœcibus vini poſt ſpiritus abſtractionem, ſiccatis, ac per retortam deſtillatis, *ubi ſal volatile prolectum, cum aquæ particula ſolutum, & per filtrum prius aqua madefactum, ab oleo ſeparatum, additis cineribus ex phiola ſublimatur & depuratur.*

VIRES ſunt Diureticæ & Diaphoreticæ.

Sal Vitrioli Vomitivum, fit ex capite mortuo, poſt ſpiritus ⊖-li deſtillationem remanente, *extremo igne calcinato*: ex quo per aquam extrahitur ſal, quod filtratum, & evaporatum *debet eſſe coloris incarnati.*

Hoc ad vitioſos humores, ipſis etiam, Ven-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0214-5
DFG

Ventriculi tunicis impactos exturbandos egregie conducit.

## Sal Volatile Oleoſum. *le Mortianum Coll. Leid.*

℞. *Herb.* majoran. thymi, ſalv. menth. anam. j. *Sem.* leviſt. cardamom. min. dauci vulg. amomi, aniſi, carvi ana ʒij. *cubebarum*, *Radic.* Galang. coſti odorat. cyperi rot. Irid. flor. ana ℥ß. *caryophyllorum*, N. Moſch. cinamomi ana ʒiß. ⊖. 🜿i ℥ß. *miſce & groſſo modo contuſis ſuperfunde* ſpir. vin. ℔. x. *Digerantur ſimul per tres ſeptimanas in loco calido. Tunc deſtillentur ad partis tertiæ remanentiam : Spiritui prolecto adde* Corticum citri ℥iiij. arant. ℥ij. Ligni ſaſafr. ℥iij. *Hæc ſeorſim in* ℥x. ſpir. vini *per idem tempus macerata ſint. Dein cum ſuperiori ſpiritu prolecto permiſceantur & deſtillentur. Ultimo tandem* ℞. Spiritus deſtill. p. j. ſpir. ✱ci opt. p. ß. ol. garyophyll. gutt. x. menth. gutt. xx. cort. arant. gutt. xxx. roriſmar. macis ana gutt. viij. juniper. gutt. xij. ⊖. 🜿. opt. calcinat. ℥iij. *Olea cum ſale* 🜿. *probe trita & mixta immittantur phiolæ capaci, & digerantur per dies quatuor : tunc clarum à fœcibus ſeparetur & ſervetur.*

Vires ſunt inſignes ad obſtructiones auferendas, & ſanguinis circulum conſervandum, ſpiritus reſtaurandos, & in genere panaceæ inſtar, Febres & ſimiles morbos abigendos. Doſi gutt. x. ad xx. & ultra cum liquore quovis.

## Sal Volatile Oleoſum, *Sylvii.*

℞. 🜿i crudi ſalis armon. ana ℥iiij. ⊖. 🜿i ℥ij. vel iiij.

macis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0215-1

macis ℥j. cortic. citri, aurant. ana ʒß. vel ℥j. ſpir. vini rectificati ℥xvij. *ſtent per 24. horas invicem miſta, tunc deſtillentur ad medias.*

## Sal Volatile Oleoſum *per extractionem.*

℞. Salis volat. microcoſmi, Flor. ✱ ci ☿ſator. ana ʒß. Ol Ligni ſaſſafr. macis, cortic. arant. ana ℈ij. optimè tritis affunde ſpir. vini ☿ſati ℥viij. *ſtent ſimul probe clauſa, & ſerventur tempore uſus decantando quod clarum eſt.*

Vires ſequuntur ſuorum ingredientium genium: Sicque ſal volatile oleoſum poteſt fieri vel cephalicum, ſtomachicum, uterinum, prout hæc vel illa olea, huic vel illi parti magis ſpecifica adduntur. *Sic & Sal volatile oleoſum uterinum poteſt extrahi cum tinctura caſtorei: Cephalicum cum ſpiritu Apoplectico &c.*

## Sal Volatile Sanguinis Cervi.

℞. Cruoris cervi q. l. in clibano leviter exſicca, & à phlegmate liberatum *immitte retortæ, appoſitoque recipiente deſtilla igne aperto, & prodibit* ſal volatile cum ſuo Phlegmate & oleo, quæ ut de ſale C. C. volatili doctum ſeparentur, & ⊖. volatile rectificetur, ac ſervetur.

Vires cum ⊖ e C. C. volatili ſunt eædem, diaphoreticæ & alexipharmacæ.

Sal

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0216-6
DFG

## Sal Volatile Urinæ.

℞. Urinæ recentis q. l. evaporetur in olla ferrea vel terrea *ad conſiſtentiam ſirupi craſſioris*, & dum ſufficientem taliſmodi Urinæ inſpiſſatæ habueris quantitatem, immitte eam retortæ vel cucurbitæ terreæ vitreatæ, ferreæ vel vitreæ, ac appoſito alembico cum receptaculo deſtilla ex arena primo leni, poſt fortiori igne, ſic ſublimabitur ſal volatile urinæ, magna in copia, *Cum vero oleo fœtido ſit inquinatum, hinc filtra* cum cineribus cribratis, miſce, *& denuo ſublima, ac obtinebis*, ſal urinæ volatile, ſali C. C. vix abſimile.

Vires cum aliis ſalibus volatilibus ſunt communes, fermenta nimirum acida enervat, ſanguinis motum langueſcentem reſtituit, ac obſtructiones abditas potenter reſerat; hinc in epilepſia, apoplexia, vertigine, obſtructione menſium &c. maximarum cum aliis ſimilibus eſt virium. Doſi gr. vj. ad ℈j.

*Alii ſæpe urinæ admiſcent cineres cribratos ac tunc ſublimant ex retorta recipiente capaci appoſito, tunc ſali volatili cum oleo in recipiente mixto affundunt aquam tepidam ut omne ⊖. in ea ſolvatur, quam tunc filtrant, ut oleum fœtidum relinquatur; & ex ea tunc phiolæ commiſſa ⊖. volatile ſublimari queat.*

## Sapo Coſmeticus, *levis*.

℞. Saponis Veneti albiſſ. vel alterius pulchrioris ℔j *ſubtiliſſime raſum exſicca, ut poſſit pulveriſari, tunc affunde ſaponi pulveriſato* 🜄. Roſar. ℔j.

*in va-*

*in vaſe vitreato capaci ac leni igne ſenſim incaleſcat, & coquatur lente continue interea movendo piſtillo ligneo per dimidiam horam, donec rareſcere incipit, tunc affunde* Olei ♀i per deliq. gutt. xx. vel xxx. *& plus rareſcet, hoc viſo admiſce* ol. ligni Rhod. ℈j. cum Moſchi gr. vj. ſachari modico trita & mixta, *& cum à vaſe ſeparari ſe patitur, nec adhæreſcit, tunc infunde formæ ligneæ quadratæ ad id aptatæ, ut ſejungi ab invicem queat.* Sit vero munita linteo mundo, deſuper quod effundatur ſapo, & ita ſtet & quieſcat per 5. vel 6. dies, ut ſiccetur, tunc eximitur ſapo & ulterius ſiccatur, ac pro lubitu in partes ſecatur mediante filo.

## Sapo Odoratus, *Mynſichti.*

℞. Saponis, Venet. in ▽. Narciſſ. ſolut. ℔j. Rad. Irid. flor. ℥j. Styrac. calam. Benzoi ana ℥ß. Ligni Aloes ponderoſ. ſantal. citr. ana ʒij. Ambr. gryſ. Zibettæ ana ʒj. Moſchi, Balſ. Peruv. ana ʒß ol. Ligni Rhod. Lavend. cinamomi, garyophyll. ana ℈j. m. *& cum* Oleo ♀i per deliq. *fiant* ſ. a. *globuli, manus inter formandum cum dictis oleis illinendo prius.*

## Sotirella parva, *P. A. R.*

℞. Olei Nuciſtæ expreſſ. ʒj. Opii theb. ſpec. diambr. incompl. ana ʒß. camphor. extract. croci ana gr. vj. ol. garyophyll. gutt. xv. *Redigantur in formam opiatæ.*

Cavernis dentium impoſita, dolorem eorundem ſopit.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0218-8

## Species Aromat. Roſar. *Ph. Norimb.*

℞. Roſarum r. ℥xv. liquirit. mund. ℥vij. cinamom. el. ℥v. Ligni Aloes, ſantal. citr. ana ʒiij. macis, garyophyll. ana ʒiiß. gummi Arab. tragacanth. ana ʒij. ℈ij. Nuc. Moſch. cardamom. min. galang. min. ana ʒj. ſachari q. l. *miſce.*

Imbecillitatem ventriculi, & coctionem juvat, flatus diſſipat, nauſeam ſedat, & à morbis convaleſcentes recreat.

## Species Aromatic. Caryophyllat. *Phar. Aug. Renov.*

Rec. Caryophyll. ℥vij. Macis, Zedoar. galang. ſantal. citrin. Troch. Diarrhod. cinamom. L. Aloes Spic. Indic. Piper. long. cardamomi ana ʒj. Roſar. r. ʒiiij. glycyrrhizæ ʒij. Folii Indi Cubebarum ana ℈iß. *Fiat pulv. ſubtiliſſimus; cui ſi quis completum deſideret, addantur.* Galiæ Moſchat. ʒij. Ambr. gryſ. ʒj. Moſchi ℈ß.

Omnia nutritioni dicata membra roborat, nauſeam & vomitum reprimit, flatus diſſipat, ac infirmæ digeſtioni ſtomachi opitulatur.

## Species Diambræ, *P. A. R.*

Rec. Cinamomi, Doronic. Caryophyll. Macis, Nuc. Moſch. Folii, Galang. ana ʒiij. Spic. Indic. Cardamomi, maj. minor. ana ʒj. Zingib. ʒiß. Ligni Aloes, ſantal. citrin. Piper. long. ana ʒij. m. *fiat pulv. quem completum faciemus addendo,* Ambræ ʒj. Moſchi ʒß.

Ad omnem corporis imbecillitatem, & noxam à frigida cauſa, efficax eſt, roborat, vertiginem abolet, cerebri humiditates abſumit; affectibus Uteri frigidis medetur &c.

## Species contra Apoplexiam, *Phar. Aug. Renov.*

Rec. Succini albi ℥iſs. Margarit. Smaragd. ana ℥ij, Lign. Aloes. C. C. præp. Rad. pœon. ana ʒj. cort. citri ʒſs ſem. ejusdem ℈j. tabulati de extracto Lign. Aloes, ſachari perlati cum ol. cinamom. ana ℥iſs. *Redigantur in pollinem; qui completus efficitur* Ambræ ℈ſs. Moſchi gr. v.

Spiritus optimè reficiunt, capitis affectibus frigidis medentur, vertiginem auferunt, ac paroxyſmos tam epilepticos, quam Apoplecticos antevertunt: hinc ſenibus infirmam vitam degentibus, admodum conducibiles ſunt.

## Species Di-Anthos, *P. A. R.*

Recip. *Flor.* roriſmar. ℥j. Roſarum, Violarum, liquirit. ana ʒvj. Caryophyll. Spic. Indic. Nuc Moſch. Galang. Cinnamomi, Zingib. Zedoar. Macis, Lign. Aloes, Cardamom. *Sem.* aneth. aniſi ana ℈iiij.

Animi defectionibus, & cordis ſyncopi auxilio ſunt; ac præter rationem triſtibus, conducunt, ac catarrho affectis proſunt.

## Species Dia-Calaminthes. *P. A. R.*

Recip. Piperis ʒvj. cardamomi ℥ij. Comar. thymi. ſem.

ſem. apii ana ℥ß Seſeleos Maſſil. Puleg. mont. ſem. Petroſel. Macedon. Calaminth. Montan. ana ℥ij. miſc.

Famoſum hoc *Galeni* medicamentum. Utile eſt ad thoracis, & ſtomachi vitia, tuſſim à frigido excitatam, ſenibus & quartanariis confert, craſſos & lentos humores attenuat, ac coctionem debilem adjuvat, flatusque craſſos diſcutit, urinam ac menſes movet.

## Species Dia-Cinnamomi, *P. A. R.*

℞. Cinnamomi tenuis ʒxv. Caſſ. lign. Rad. Enul. ā. ʒß. galang. ℥vij. garyophyll. piper. long. Zingib. Cardamomi Utriusque Macis. Nuc. Moſch. Lign. Aloes, ana ℥iij. Croci ʒj. ſachari albi ℥v.

Coctionem juvant, ac pituitam corrigunt.

## Species Diacretæ, *Mynſichti.*

Recip. Cretæ alb. cum ▽. Roſarum præp. ℥iij. Nuc. Moſch. ℥iß. Rad. liquirit. ſem. cydon. ana ʒj. Boli rubri or. præp. Corall. rubr. præp. ana ʒß. Lapid. carpion. cum ▽. plantag. præp. Macis parum toſti, Maſtich. el. Croci Or. ana ℈j. ſachar. alb. ℥iij. *miſce, fiat pulv. ſubtiliſſ.*

Eſt Ardoris ventriculi remedium ſpecificum, Doſi ʒß ad ʒj.

## Species Cordiales temperatæ, *Phar. Aug. Renov.*

℞. Ligni Aloes, ſpodii ex ebore ana ʒj. cinnamomi, Caryophyll. Oſſis de corde Cervi. Doron. Been. utrius-

utriusque ana ʒiß. Margarit. ʒvj. ſerici crudi toſti, Corall. rubr. alborum ana ʒij. hyacinthi, ſmaragdi, ſaphir. ana ʒß. Croci ℈j. Fol. Aur. Argent. ana num. x. m. *Quibus addimus* Ambræ, Moſchi ana ʒß. *ut fiant completæ.*

Corroborant, animi deliquio medentur, ac in peſte conveniunt.

## Species de Gemmis frigidæ, *Phar. Norimberg.*

℞. Ebor. Spagyr. præp. ʒß Margarit. præp. ʒiij. corallii utriusque ʒij. Fragmentorum Hyacinthi, Smaragd. Saphiri, Sardæ, Granati, Santal. albi, rubri, citrin. ana ʒj. Flor. Roſarum r. ʒiß. borrag. bugloſſ. Bezoar. Occident. ana ʒj. Fol. Auri num. xxx. ſachari *pro lubitu.*

In magno Febrium æſtu, ac inde natæ ſyncopi, cordis palpitationi &c. conducunt.

P. A. R. *Præter ingredientia modo nominata addit* Raſur. ebor. ſem. acetoſ. baſilici, Been utriusque & Os. de corde cervi.

## Species de Hyacintho, *P. Norimb.*

℞. Hyacinthi præp. Corall. rub. Boli armen. Terr. ſigill. ana ʒiß. granorum chermes. Rad. tormentill. dictam. alb. Croci, Myrrhæ, Roſarum rubr. ſantolorum omn. bezoar. occid. C. C. philos. calcin. Eboris philoſoph. præp. ana ℈iiij. Saphiri, Smaragdi, Chryſoliti Margarit. ana ℈ij. Fol. Auri num. xxx. ſachar.

P. A. R. *addit ſem. citri, acetoſ. portulac.* (*Oſ. de corde cervi loco Bezoar. occid.*) *C. C. uſt. Raſur. ebor.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0222-9

*ebor. loco Eboris ſpagyr. præp. ſericum item crudum, ac ut completa evadat, Ambram, moſchum & camphoram.*

Reſtituit viribus exſolutos, lipothymias arcet, & peſtiferos morbos præcavet, vel factos expellit &c.

Si huic compoſitioni permiſcetur *Syrupus è ſucco Limonum*, fit inde *Confectio de hyacintho* liquida.

## Species Imperatoris, *P. A. R.*

℞. Cinnamom. opt. ʒx. Zingib. ℥j. Caryophyll. ℥ß. galang. Macis, Nuc. Moſchat. ana ʒij. *miſce. Completæ fiunt per* Moſchi opt. ℈ß.

Species hæ induntur potiſſimum *Tragematibus*, cor & ventriculum frigidum, & humidum ac flatulentum confortantibus, vel addito ſacharo in morſellos aptantur.

## Species Diaireos *ſimpl. P. A. R.*

℞. Rad. Irid. fl. ℥ß. ſpec. diatrag. frigid. ſachari candi albi ana ʒij. m.

Ad catarrhos delabentes in fauces, nec adeo impetuoſos feliciter adhibentur.

## Species Lætificantes, *P. A. R.*

℞. Meliſſ. Cortic. Citri, Caryophyll. Maſtich. Croci, Cinnamomi, Nuc. Moſch. Cardamom. Maj. ſem. pœon. Been. alb. rubri; Zedoar. Doron. ſem. Ocimi caryophyllati ana ℥ß. Fol. Auri num. 50. Argenti num.

num. 25. miſce. *Completæ fiunt, ſi addatur* Galiæ Moſch. ℥ß. Moſchi ℈j.

Plurimum faciunt ad affectus cordis, & ventriculi, quas partes roborant, & exhilarant.

## Species Liberantes, *P. A. R.*

℞. *Radic.* Tormentill. *Sem.* acetoſ. Endiv. Coriandri, Citri ap ʒiß. ſantalorum omn. dictam. alb. ana ʒj. Boli Armen. præp. Terr. Lemn. ana ʒij. Margaritarum, Corall. utriusque ſuccini alb. Raſur. Ebor. Spodii ex Ebor. ſeu eboris uſti: Oſſis de cord. cervi Been utriusque, Doron. Cardamomi, Cinnamomi, Macis, Ligni Aloes Caſſ. Lign. Croci, Zedoar. ā. ʒß. Sachari Candi. Penidii. Serici crudi, toſti pulv. Smaragd. Hyacynthi, Granati ana ℈ij. *Flor.* Nymph. bugloſſ. Roſarum ana ℈j. miſce. *Completæ fiunt* additis Camphoræ gr. vij. Moſchi, Ambræ ana gr. iij.

Uſus multiplex eſt in febribus malignis, ipſaque peſte; ſudores movet, & à contagio luis præſervat. Cordiale plane eſt, omni ferè ætati ac ſexui accommodatum.

## Species Diamajoranæ, *Mynſichti.*

Recip. Flor. Lilior. convall ℥ß. Herb. Majoran. cum proprio ol. irrorat. ʒij. Lign. Aloes ponderoſ. ʒj. Cubebarum, opt. ℈j. ambræ ℈ß m *fiat pulv. ſubtil.*

In omnibus affectibus ubi ſternutatione opus egregie conducunt, caput à craſſis humoribus liberant, & ſenſuum organa confortant, naribus piſi magnitud. attractæ.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0224-1 DFG

## Species Diamargariti frigidi, *Phar. Norimberg.*

℞. Margarit. ʒiij. ſantal. alb. citrin. odorati, Ligni Aloes, Roſarum rubrarum, Flor. Nymph. borrag. Bacc. Chermes ana ʒj. Corallii utriusque ana ʒß. ſachari.

P. A. R. *addit. ſemin.* 4. frig. maj. excort. portulac. papav. alb. & baccar. myrti ſimul ana ʒj. *omiſſis* baccis Chermes.

Virium imbecillitati ſuccurrunt, ſyncopen juvant, & aſthmaticos, tabidos, tuſſientes, longoque morbo exhauſtos & imbecilles reficiunt.

## Species Dia-Moſchu, *Phar. Norimb.*

℞. Croci, Doron. Zedoar. Lign. Aloes, Macis ana ʒij. Margaritar. Succini, Corall. rubr. ana ʒiiß. Galiæ Moſchat, Sem. Ocymi citrat. ana ʒiß. caſſ. ligneæ caryophyll. ana ʒj. Zingib. Cubebarum, Piper. long. ana ʒiß. Moſchi ℈ij. Sachari.

P. A. R. *addit* ſericum crudum toſt. Been alb. & rubr. Folium & ſpic. Indic. *loco caſſiæ lign.*

Commendantur ad cerebri affectus frigidos, vertiginem, Epilepſ. cordis palpitat. cachexiam, paralyſin &c.

## Species Diarrhodon, *ſive de Roſis, Phar. Norimb.*

℞. Santal. alb. rubri ana ʒiiß. tragacanth. gumm. arab. eboris ſpagyr. præp. ana ℈ij. Aſari. Maſtich. Cardamom. Liquirit. Croci, lign. Aloes, Caryoph. Aniſi,

fœnic. cinnam. Rhabarb. Ocymi ſol. acinorum berberis, Margaritarum, Bezoar. Occident. ana ℈ß. Roſarum odoratiſſ. ℥j. ʒiij. ſachar. alb.

P. A. R. *addit* Spic. Ind. cum *ſem.* 4. frig. maj. baſilicon. papav. alb. intybi portulac. lactucæ ana ℈j. & *loco* Bez. occid. Oſſ. de corde cervi ℈ß. *Ac cum* Gal. Moſch. ℈j. camphor. gr. vij. & Moſchi gr. iiij. *completas efficit.*

Conducunt Hepaticis, Ictericis, Cardiacis. Phthiſicis & cœliacis, ventriculum humidum ſiccant ac cerebrum roborant, danturque iis ſalubriter, qui è morbis diuturnis & Febribus emergunt.

## Species Roſata Novella, *Ph. Norimb.*

℞. Roſarum, ſachar. roſati tabulat. liquirit. ana ℥j. ℈iiß. cinnamom. ʒiij. caryophyll. Zingib. Galang. Nuc. Moſch. Zedoar. ſtorac. calam. cardamomi, ſem. apii, ana ʒß. ſachar. alb.

Ad ventriculi & cordis imbecillitatem conducunt, vomitum & nauſeam compeſcunt, ac morbo longo exhauſtos reficiunt.

## Species Dia-Tabaci, *Mynſichti.*

℞. Tabac. Ind. cum ol. aniſ. præp. ℥ß. *Rad.* Helleb. alb. pyrethri. Fl. lilior. convall. ana ʒß. Granorum pœon. mar. Flor. lavend. Roriſmar. Majoran. ſerpill. piper. long. gummi Peruvian. Agaric. troch. Galiæ Moſch. ana ℈ß. m. fiat pulv.

Naribus attractæ cerebrum crebrioribus ſternutationibus expurgant, ac catarrhos, vertiginem, capitis dolores demulcent.

Spe-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0226-2
DFG

## Species Dia-Trion Santalon, *Phar. Norimberg.*

℞. Santal. albi, rubri, citrini, Roſarum odoratiſſ. Sachari candi violat. ana ʒiij. Rhabarb. Eboris ſpagyr. præp. pulv. liquirit. ana ʒiiß. gr. xv. Amyli, gummi Arabic. Tragacanthæ ana ʒiß. ſachar. alb.
P. A. R. *addit ſemen* Portulac. 4. frig. major. Intibi, ac cum camphora completas efficit.

Febrium Bilioſarum ardoribus ac viſcerum fervorib⁹, item Hepaticis, cardiacis, Ictericis, ac Phthiſicis auxiliantur; præcipuus uſus eſt in declinatione Febrium ad reſiduum calorem extinguendum, & viſcerum tonum reſtituendum.

## Species Diatragacantha frigid. *Ph. Aug. Renov.*

Recip. Tragacanth. albiſſ. ℥ij. Gummi Arab. ℥j. ʒij. Amyli ℥ß. liquirit. ſem. 4. frig. maj. ana ʒij. papav. alb. ʒiij. ſachar. penid. ℥iij. m. *Si cui arrideat, poterit immiſcere* Camphor. ℈ß.

Uſus frequens eſt, in variis pectoris & pulmonum morbis à calida, & ſicca cauſa ortis, hinc Tabidis & tuſſiculoſis ab intemperie calida opem fert, & faucium aſperitatem lenit.

## Species Diaxyloaloes. *P. A. R.*

℞. Ligni Aloes, el. Roſarum ana ℥j. caryophyll. Spic. Indic. Macis, Nuc. Moſch. Cubebarum, Cardam. utriusque cinnamom. Maſtich. Cyper. rot. Schœnan-

nanthi, Zedoar. Been utriusque: Folii, ſerici crudi toſt. Margarit. Corall. rubr. Charabe, Fol. citri, cortic. citri Ocymi caryophyll. Balſamitæ: Menth. ſicc. Majoran. piper. long. Zingib. ana ℥ß miſce. *Completa fiunt per* Galiæ Moſch. ʒß. Ambræ ʒiß. Moſchi ℈j.

Ventriculi, cordis & Hepatis malis frigidis, animæ defectioni ac concoctioni auxiliantur, oris fœtorem abigunt, & ſpiritus exhilarant.

## Specificum Antifebrile, *Strobelbergeri.*

Eſt *mater perlar.* aqua communi per horam cocta, tunc ſiccata & pulveriſata.

## Specificum Cephalicum, *D. Michel.*

℞. Cinnab. ☿. per ſublimat. ſæpius rectif. vel cinnab. nativ. ſelectioris ſexies vel ultra rectif. ℥iij. Fœcul. pœon. ℥iß. *Magiſter.* epilept. ℥ß. cordial. ʒij. Fol. auri num. j. m. *fiat* pulv. S. Rothes Hertz-und Haupt-Pulv.

Ita habet authenticus proceſſus Doct. *Michels*: Quem graphicè & optimè impugnat *Cl. Ludovici in ſua Pharm.* Quod plurima ingredientia, exiguæ ſpecificæ ſint efficaciæ: & prolixæ præparationis, quæ alia antecellant homogenea, *ſimpliciter præparata & lævigata vel ſubtiliter pulveriſata*, *ſaltem* Magiſteriis per ſpiritus acidos corroſis & alteratis, *longe anteferenda. Cinnabarim* vel ☿. vel *nativam* male toti-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0228-4 DFG

toties ſublimari, ſed ſufficere nativam per lotionem ſaltem præparatam.

*Fœculam pœoniæ* ut effœtam vilipendit; *non enim ſine tædio ſe obſervaſſe aſſerit*, Radicem pœoniæ tum maris tum fœminæ, etiam ad ſuperſtitionem usque collectam, & vel pulveriſatam, vel decoctam &c. expectationem in curatione fallere.

*Sic nec Magiſterium Ungulæ alcis aut cornu ejus quid ſingularis obtinere*, ſive ſimplex, ſive philoſoph. calcinatum: Cervinorum enim inſtar ſaltem diaphoretica forte eſſe ait.

*Nec Cranium humanum, alterius eſſe conditionis*, cum commendationes talium maximam partem nudis tranſcriptionibus innitantur, non aliter ac mulierculárum evaporiſta, ſi etenim unus interdum levetur tali ſtatim appropriatorum ſtrui adjicere ſoleant. Quocunque enim modo, quis præpararit cranium humanum, habebit inde quidem, *ait*, quod ſe diaphoreticum, rariſſimè vero antepilepticum ſiſtat.

*Circa Magiſteria Smaragdi, Hyacinthi, Saphiri &c. curioſitatem regnare*, non vero efficaciam.

*Unicornu verum*, eruditis adhuc incertum, *Cornu cervino nihilo valentius eſſe.*

*Oſſis de corde cervi* efficaciam à venatorum perſuaſione dependere.

O 5 Sic

Sic & *ſuccinum flavum* ſaltem pulveriſatum magiſterio præſtantiorem eſſe.

Ac *perlarum* vires in magiſteriis inverſas, efficaciores eſſe in *matre perlarum*, nudè ſaltem pulveriſata.

Item *Coralliorum* ſimplicem pulverem lævigatione ſubtiliſatum, damnata pridem magiſteria longe ſuperare.

*Principium ergo operationis in hoc ſpecifico cum dependeat à cinnabaris, & reliquorum nonnullorum ingredientium vi abſorbente, & præcipitante*, hinc paucos ſaltem ſufficere pulveres abſorbentes, utpote C. C. phil. præp. ⊽. ſigillat. ſuccinum alb. præp. &c. aut unicum ſaltem ſolitarium euporiſton, cum cinnabari mixtum.

Ex hoc ergo fundamento ſuum concinnat *pulverem Epilepticum Cl. Ludovici*, v. g.

℞. Pulv. Bezoardici albi ℥vj. ſuccini alb. præp. ʒiij. cinab. nativ. ℈iiij. Laud. op. ℈j. miſce.

Hunc pulverem ad motus epilepticos, & inquietudines, tormina, vomitus ac diarrhœam admodum conducere aſſerit, tam per ſe, quam alterantibus & præcipitantibus aliis ſociatum.

*Cautum vero eſſe jubet practicum juvenem in ejus commendatione, nec prius dare præcipit, niſi infarciente ventriculi viſciditate ſublata, cum alias vel in viſciditate ventriculi tenellorum*

*emoria-*

*emoriatur vis ejus , aut ſi inanes vomendi conatus obtigerint ; eos ſiſtendo ſuffocationis ſymptomata inducantur.*

Melius adeoque eſſe ait ac ſibi magis placere formulas ex ⊖. *vol. cum abſorbentibus, & anodinis* præſcriptas, utpote quæ ſaburram ſæpe eliminent inſigni cum levamine.

*Si quis ingredientia ſpecificum D. Michels ingredi ſolita tanquam neceſſaria expetit, poterit illud ſpecificum adornari hunc in modum*, v. g.

℞. Cinnab. Nativ. per lotionem præp. ℥iij. Rad. pœon. recto tempore collect. & pulveriſat. ℥iß. Ungul. alcis cranii human. Cornu alcis C. C. ana ſubtiliſſ. limat. ℈ij. Smaragd. præp. ℈iiß. Unicorn. ver. ſubtil. limat. ℈ ß. ſuccini præp. ℈ß. Matris perlar. præp. ℈iſ. corall. r. præp. ℈ij. granator. hyacinth. ſaphir. *ana* præp. ℈j. oſſ. de corde cervi ℈ß Fol. ☉. num. j. *fiat pulvis ſubtiliſſimus.*

*Sic habentur omnia ingredientia tam magiſterii Epileptici, quam cordialis, cum cinnabari & Rad. pœon. mixta debita proportione.*

## Specificum Stomachicum *Poterii*,

*fit ex* Reguli ♁. ♂ialis p. j. & ⊕i depurat. p. iij. *invicem mixtis & calcinatis, inſtar diaphoret.* ♁. *tunc edulcoratis & ſiccatis.*

## Specificum ſtomachicum *Ludovici.*

Eſt ♁. ♂iale cachecticum litera A. ſub ♂io deſcriptum.

Spiri-

## Spiritus Abſynthii, *P. A. R.*

℞. Abſynth. vulgar. floridi q. l. *ſuperinfundatur* ſpiritus vini, vel frumenti tantundem, *ut digiti unius latitudine ſupernatet; macerentur per octiduum*, de*inde in Balneo ſpiritus evocetur.*

Remanentia vero filtrata pro extracto parando inſerviat.

Si reiteratur infuſio & deſtillatio ſuper recentem ſemper herbam, tum ſpiritus fit longè efficacior.

Hoc modo parantur etiam *ſpiritus Cochleariæ: Lavendulæ: Liliorum convall. Meliſſ. Flor. thiliæ: Herb. leviſtici &c.*

Alii addunt ſimul aliquid aquæ, ne in deſtillatione ad ſiccitatem abſtrahi neceſſum ſit, ac empyreuma evitetur.

## Spiritus Antepilepticus, *Ph. Norimb.*

℞. Vitrioli Hungar. ℔iiij. Urinæ puerorum ſanorum, rec. collect. ℔viij. *Digere vaſe clauſo aliquamdiu* in M. B. *poſtea in eodem deſtilla ad ſiccitatem duplex phlegma, duplici uſui aſſervandum.*

Caput mortuum ex retorta terrea forti igne nudo intenſo paulatim urge: Prodeuntibus confeſtim ſpiritibus, *liquor emanat pretioſiſſimus, ſulfurei odoris & ſaporis auſteriuſculi*, qui per retortam ſemel atque iterum rectificetur, ac in vitro probe clauſo ſervetur.

## Spiritus Antepilepticus, *Collect. Leidenſ.*

℞. Fol. & flor. Lavendul, Roriſmarin, Majoran. Salv.

*ana*

*ana* m.ij. Caſtor. ℥ij. Camph. ℥iij. ſalis armon. ℥iiij. ⊖. ♀i ℥iij. ſpir. vini ℔vj. ▽. lavend. q. ſ. *ut innatare poſſint ſimplicia. Poſt trium vel quatuor dierum digeſtionem deſtillentur, donec* ℔iij. *prodierint* ſpiritus, *cui adde* ol. ſem. rutæ gutt. xxx. ſuccini rectif. gutt. xx. macis junip. *ana* gutt. xxxx. *miſce & ſerva.*

Efficaciſſimus & penetrantiſſimus eſt hic ſpiritus, ad omnes morbos convulſivos & ſpaſmodicos inſignium virium. Doſ. gutt. x. ad xx. & ultra, ac in paroxiſmo naribus admotus.

## Spiritus Anhaltinus, *P. A. R.*

℞. Specier. Xyloaloes ℥j. Maſtich. Cubebarum, Galang. Caryophyll. *ana* ʒij. Cinamomi bacc. lauri. ſem. fœnic. *ana* ℈iiij. Croci ℈ij. Thuris ℈viij. Thereb. Venet. ℥ij. *infundantur per octiduum in* ſpir. vini ℥xxvj. *Poſtea deſtillentur* ſ. a. ex MB.

In capite, corde ac ſtomocho confortando, catarrhis, paralyſi, Epilepſia, Apoplexia, vertigine &c. non contemnendarum eſt virium.

## Spiritus Aniſi, *P. A. R.*

℞. Semin. Aniſi contuſ. ℔ß. Spir. Vini menſ. j. *macerentur per octiduum tunc deſtilla per* MB.
Hac methodo etiam fiunt *ſpiritus fœniculi, carvi, &c.*

## Spiritus Aperitivus *Penoti.*

℞. ⊕li Goslar. ℔iiß. ⊖. ♀i ℔iiß. Silic. calcinat. ℔vj. *miſtæ indantur* ☊æ ▽eæ *& deſtill. per gradus.* cap. mort. *excoquatur, & ſpiritus excocto ſale impregne-*

*prægnetur, ex quo cum argilla figulina formentur glo-globuli*, qui per ◯am iterum deſtillentur & ſpiritus rectificetur & ſervetur.

## Spiritus Aſthmaticus *D. Michels.*

℞. Virid. æris ℥iiij. Gumm. Ammon. ℥ij. Sulfuris crudi ℥ß. m. *& ex arena deſtilla per alembicum*, & ſpiritus ſeparetur ab oleo fœtido, & rectificetur per alembicum, *cui crocus in nodulo eſt impoſitus.*

Mirabilis eſt ad diſſolvendam materiam viſcidam & tollendum aſthma. Doſ. ℈ß ad ℈j. in conveniente vehiculo.

## Spiritus Baccarum Juniperi, *Phar. Aug. Renov.*

℞. Baccar. Juniperi, q.l. *contuſa diluantur cum aqua tepida in qua portio aliqua fermenti ſoluta fuerit*, hinc ad fermentandum reponantur, qua peracta inſtituatur deſtillatio ex veſica.

## Spiritus Camphoræ, *Coll. Leid.*

℞. Spiritus frumenti rectificatiſſ. ℥xij. camphor. ℥iij. ⊖. ♃i opt. calcin. ℥ij. *miſta ex* MB. *deſtillentur; ſpiritum relictum affunde* camphor. relictæ, *& denuo deſtilla, & hoc reitera ſæpius, tandem* ſpiritum camphora *probe imprægnatum ſerva.*

Vires ſunt inſignes ad omnes affectus frigidos, catarrhos, paralyſin, arthritidem &c. Et ſi ejus parum cum ▽. roriſmarini miſcetur, ac guttæ aliquot naribus attrahuntur, ex tempore ceſſat capitis dolor &c.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0234-6

## Spiritus Carminativus *Sylvii.*

℞. *Radic.* Angelic. ℥j. Imperator. Galang. *ana* ℥iß. ſumm. cent. min. *Fol.* roriſmarin. Majoran. Rutæ hort. Baſilicon. *ana* m. ß. ſem. Angelic. leviſtic. Aniſi *ana* ℥ß. Zingib. Nuc. Moſch. Maceris *ana* ℥iß. cinamom. ℥vj. caryophyll. cort. arant. *ana* ℥j. Bacc. lauri ℥iij. *conciſis & contuſis affunde*, Spiritus Vini Malvat. vel Hiſpanic. ℥xxxx. *digerantur per biduum*, in MB. *tunc deſtillentur ad ſiccitatem, quicquid aſcendit, iterum affundatur magmati per biduum & digeratur, poſtea tres quartæ partes evocentur deſtillando & ſerventur ad uſum.*

VIRES ſunt inſignes ad diſcutiendos flatus.

## Spiritus Ceparum, *Coll. Leid.*

Recip. Ceparum, cum frondes emittere incipiunt, q. l. contuſis adde Ol. ♀i per deliq. q. ſ. *ac affunde* Spir. Vini rectif. *ad eminent. trium digitorum, ſtent in digeſtione, donec*, ſpiritus flavedine tinctus exiſtit, *tunc* deſtilla & ſpiritum prolectum ſerva.

Spiritus hic inſigne præbet diureticum. Doſi gutt. x. ad xxx.

## Spiritus Ceraſorum nigrorum, *Phar. Aug. Renov.*

℞. Ceraſorum nigr. q. v. *contundantur, & in vaſe querno reponantur, donec fermentando odorem vinoſum & nonnihil acidiuſculum acquiſiverint*, tunc leni igne per veſicam deſtillentur in ſpiritum, qui ſi opus fuerit, rectificetur. Hunc in

modum deſtillantur etiam *ſpir. cydoniorum, Fragor. rubi Idæi, ex baccis ſambuci, Ebuli &c.*

## Spiritus Convulſivus *Geilfuſii.*

℞. *Fol.* roriſmar. majoran. origan. ſalv. bethon. ſabin, Ruth. ſcordii cochlear. Naſturt. aq. *ſummitat.* Pini reſinoſ. Juniperi ana m. j. *Flor.* ſpicæ Lilior. con. vall. hyperici ana m. iß. Caſtor. ʒvj. Lumbric. ▽. ℥ij. Cubebarum Cardamomi ana ʒiij. Nuc. Moſch. ʒiiß. Maſtich. ʒij. Theriac. ℥j. *Inciſa ac contuſa infunde in Vini* generoſ. ℔. v. & Spir. Vini ℔ij. *Deinde deſtilla & ſerva, ac tempore uſus in eo diſſolve* camphoræ. q. ſ.

Spiritus hic efficaciſſimus eſt ad omnes affectus ſpaſmodicos, paralyſin, contractu-ras &c. Internè & externe in uſum vocatus.

## Spiritus Fumans.

℞. Jovis Anglici ℥iß. ☿. vivi ℥iiß. m. & fiat ſ. a. *amalgama in vaſe ligneo vel lapideo, cave ne ferrum accedat. Amalgama tere in pulverem, & adde æquale pondus* ☿. ſublimati, *ac probè mixta, deſtilla per* ☊*am ex arena* recipiente magno appoſito, & aquæ innatanti, ac primo prodit liquor clarus, quem inſequuntur ſpiritus impetuoſi, *quamprimum vero obſervas ſal ſublimari, tunc ceſſa,* ſpiritum vero egreſſum ſerva.

Coagulat hic ſpiritus omnem aquam in maſſam criſtallinam, croco vero Auri affuſus & ab eo abſtractus ſolvit Aurum & per alembicum ſecum vehit: Hoc ſi refrigeſcit, inſtar reſi-

reſinæ coagulatur, in calore verò rurſus liqueſcit.

## Spiritus Hyſtericus.

℞. Gummi Galban. ℥ij. Aſæ fœtid. ℥j. caſtor. ℥ß. camphor. ʒij. ſpir. vini rectif. ℔j. *Infuſa deſtillentur leni igne per arenam.*

## Spiritus Mannæ.

℞. Mannæ ℔ij. Arenæ mund. ℔j. *miſta probè immitte* ☋. *& ex arena deſtilla, igne per gradus aucto, ſic prodit phlegma cum ſpiritu, quæ per deſtillationem ab invicem ſunt ſeparanda.*

Spiritus hic ad cochl. j. datus egregiè ciet ſudorem fœtidum in Febribus malignis.

Eundem in modum deſtillatur etiam *ſpiritus Mellis ad* ℞*am corallorum eliciendam.*

## Spiritus Matricalis.

℞. Mâſtich. Myrrhæ, Thuris, Succini ana p. æq. *affunde eis* ſpir. vini, *deſtilla & pro uſu ſerva.*

## Spiritus Nitri.

℞. Nitri puriſſ. ℔j. Boli comm. ſive argillæ Tabacin. ℔iij. *optimè pulveriſata & ſiccata exactè miſce, & ex* ☋*ta loricata, tertia ejus parte vacua relicta, deſtilla in vas amplum recipiens, igne per gradus aucto, donec ſpiritus rubicundi deſinunt prodire, tunc ſpiritum egreſſum ſerva.*

Vires in æſtu Febrili temperando ſunt

ſatis expertæ, & præ aliis acidis ſunt etiam an-ticolicæ.

Spir. hic cum ſpir. vini rectificati æquali vel dupla portione in vaſe capaci mixtus, & ali-quandiu digeſtus, nomen impetrat *ſpiritus Ni-tri dulcis.*

## Spiritus Roſarum, *P. A. R.*

℞. Flor. Roſarum fragrant. q. l. affuſa ſ. q. Aq. fontan. *& addito fermento, digeſtioneque debitè facta fiat deſtillatio per veſicam, deſtillatum ſpiritum novis roſis fermentatis toties affunde & deſtil-la, donec ſpiritus fortis prodeat.*

Aliâs Roſæ contunduntur, & eis doliolum repletur quercinum octo vel decem menſurarum capax, hoc facto diluitur ℥j. aut altera fermenti in aquæ Roſarum calidæ menſura unâ, ac affunditur roſis, tuncque clauditur doliolum, ac calori ſolis, vel hypocauſti committitur per 14. circiter dies, quo tempore roſæ reſolventur in pultem, quem leni igne deſtilla per veſicam, donec menſura una eſt egreſſa; hanc tunc ex MB. rectifica & leni calore ſaltem quartam partem abſtrahe, & nactus eris ſpiritum.

Vel ℞. Roſarum fragrantiſſ. ſicco tempo-re collectarum, & nondum penitus aperta-rum ℔xxx. *contunde minutim, & cum* ſachari ℔iiij. *fac. ſ. ſſ. in olla vitreata probè obturata, tunc ſtent in infuſione per* 14. *dies circiter in loco calido vel ad ſolem, donec acidum ſpirant, tunc affuſa* aqua ſimplici vel Roſarum, deſtil-la per veſicam, & ſic opus rectificatur.

Spiri-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0238-9

## Spiritus Salis Armoniaci *volatilis.*

℞. Salis armon. ℔j. ⊖. ♀i tantundem; *ſeorſim pulveriſata miſce in cucurbita vitrea affundendo* urinæ pueri q. ſ. pro humectatione ſaltem, *tunc capitello ſubitò adlutato cum recipiente, fiat deſtillatio ex arena, igne per gradus aucto,* & prodit ſpiritus penetrantiſſimus, ac tandem in capitellum ſublimantur ſalis armoniaci partes magis ſubtiliores, quæ ſeorſim colliguntur & ſervantur Florum ✱ci ♀ſatorum nomine.

Vires ſpiritus ſunt inſignes & infinitis morbis conducibiles, ubi acidum temperandum & invertendum, ut in affectibus hypochondriacis, hyſtericis, Epilepticis, Febribus, ſcorbuto &c. item naribus admotus excitat apoplecticos & ſoporoſos, reſolvit & attenuat. Doſi ℈ß. ad ℈j. cum conveniente vehiculo.

Si loco ſalis ♀i ſali armoniaco æquale pondus, vel croci ♂. per aquam ſaltem facti, vel lapidis hæmatitis ſubtiliſſ. pulveriſ. admiſcueris & ex alembico terreo vel ferreo deſtillaveris igne nudo; acquires ſpiritum ✱ci concentratum ♂ialem vel hæmatitiſatum, ex ℔j. ✱ci circiter ℥ij. vel iiß. Et in capitellum elevabuntur Flores ✱ci ♂iati vel hæmatitiſati inſignium ſimul virium.

Spiritus hic priorem, cum ♀o factum vel liberatum, viribus antecellit, & inſtar panaceæ eſt in omnibus morbis ab acido oriundis,

tam Febribus quam aliis morbis. Doſi gtt. v. ad x. vel xv.

## Spiritus Salis Armoniaci Acidus.

Recip. Caput mort. ſpiritus ✱ci cum hæmatite deſtillati, *pulveriſato affunde* Spir. Vini rectif. q. ſ. *hunc tinctum decanta & alium affunde, donec nullus ſpiritus amplius tingitur.* Tunc ſpiritus tinctos confunde, & ex MB abſtrahe leni igne ad ſiccitatem uſque, & remanet ⊖. flavi coloris, quod retortæ immiſſum in arena leni igne fundit ſpiritum ✱ci acidum volatilem, *à Polemanno ad Ens veneris* expetitum, præterea verò *inſignium virium.*

## Spiritus Salis Armoniaci Aniſatus.

Recip. Sem. Aniſi ℔ß. contuſo adde ⊖is 🜿i ℔j. & ambo tunc humecta aquæ comm. q. ſ. poſt tempus adde ✱ci pulv. ℔j. *miſce cito in cucurbita, & appoſito alembico ac clauſis juncturis, &c. deſtilla* ſ. a. *& prodibit* ſpir. ✱ci Aniſatus egregius.

## Spiritus Salis Armoniaci Aromaticus, *Deckeri.*

Recip. Salis Armoniaci triti & cribrati, ⊖ 🜿i pulveriſati ana ℔ß. *Solvatur* ⊖. armon. in ſpir. vini ℥iiij. ⊖. 🜿i *vero in* vini generoſ. ℥xij. *hæc ſolutiones miſceantur, immittanturque cucurbitæ, ac eis addatur pulvis craſſus ſequentium ſpecierum.* Recip. Radic. Angelic. ʒß. Fol. menth. criſp. Majoran. nobil. ana ʒiij. ſem. fœnic. Bacc. Junip. ana ℥j. cinamom. acut. ℥ß. Nuc. Moſch. Croci opt. Origan. Cret. ana ʒij. Spic. Nardi, Cardamom. maj. ana ʒj. Fiat omnium pulv. craſſus. *Omnibus mixtis capitellum citò imponatur, appoſitoque recipiente juncturis probe clau-*

*ſis,*

*ſis, fiat deſtillatio ex arena, & ſpiritus volatilis aromaticus prolectus ſervetur probe clauſus.*

Præſtat multum in morbis chronicis, & excellit ſpiritum ✳ci ſimplicem & gratia & viribus.

## Spiritus Salis Communis.

℞. Salis communis optime ſiccati vel decrepitati ℔j. Terræ ſigulinæ tabacin. ℔iiij. *optimè pulveriſata & ſiccata exactiſſimè miſce, ac immitte* ♉. *opt. loricatæ dimidiam vel tertiam ejus partem vacuam relinquendo, tunc igne per gradus adhibito deſtilletur in vas amplum recipiens, donec nulli amplius ſpiritus ſub nebularum forma egrediuntur; hoc viſo ceſſa.*

Recipienti immittatur parum aquæ ac majori copia capitur ſpiritus, teſte *Wedel. pharm. Acroam.*

Spiritus verò tunc exemptus dephlegmetur per retortam, remanente ſpiritu in retorta, qui ſervetur.

VIRES cum acidis omnibus ſunt communes, motum enim inteſtinum exorbitantem refrœnat in Febribus continuis, & æſtum ſedat, in potu, julepis &c. Appetitum excitat, & Hydropicis commendatur, &c.

Sunt qui loco Boli communis ſali addunt caput mort. ⊖-li omni ſpiritu & oleo privum; ac fortiorem acquirunt ſpiritum, ſed fortè mixtum, cum rarò caput mortuum ⊖-li inveniatur adeo extremo etiam & longo igne calcinatum, quin particulam ⊖-li haud amplius contineat: Etſi enim per tot dies ⊖- igne urgetur, ſemper tamen quid vaporis exibit; Uti per elixiviationem etiam hoc ex-

 peritur.

peritur. Ex ℔j. ſalis vulgò acquiruntur ſpiritus ℥iiij. ſi bene operatus fueris, ex Nitri ℔j. plus, ad libram unam ferè.

*Alium ſpiritum ſalis acquirendi modum vide de ſale mirabili Glauberi.*

Si dulcificatus expetitur hic ſpiritus, ℞. ejus p. j. & Spir. Vini rectif. p. iij. miſce & digere ac ſerva.

## Spiritus Sulfuris.

℞. Dolium capax, & latum, immitte ei aquam, ut patellæ ligneæ plures eis innatare queant, *his patellis immitte ſulfur & fruſtis ferri candentis injectis accende*; Orificium vero doli claude linteo denſo in conum formato inſtar tentorii, & linteum ſemper humectato aqua. Sic acidum ſulfuris capitur & defluit per latera dolii in aquam cui patellæ innatant: tandem aqua omnis evaporetur & remanet ſpiritus:

Sulfur ſi ardere deſinit, ſemper accendatur novis fruſtis ferri candentis injectis.

Spiritus hic cum ſpiritu vitrioli eaſdem obtinet vires, & fere idem eſt, niſi quod ſuavior ſit.

## Spiritus Tartari *ſimplex.*

℞. ♀i albi puri craſsè contuſi q. ſ. *ut eo retorta repleatur ad dimidias, tunc eam, ſi vitrea eſt, in arenam colloca, recipiente ſatis capaci adlutato, ac per gradus auge ignem*, donec ſpiritus ſub nebularum forma cum oleo ſunt egreſſi, hos tunc

ab

ab oleo ſepara per filtrum, prius Spir. Vini vel aqua humectatum, & ſerva.

Si 🜿. pulveriſatus cum ſpir. vini humectatur, & tunc deſtillatur, prodit ſpiritus magis volatiliſatus.

Alii humectant cum oleo vel lixivio ſalis 🜿i, & ſic itidem acquirunt ſpiritum magis volatilem.

Poſtmodum ſpiritum prolectum ſuper caput mortuum cohobant aliquoties, ſicque ſimul ſal 🜿i volatile elevari dicunt.

Signum boni ſpiritus 🜿i eſt, ſi effervescit cum acido, ſecus ſi fit, acido ⊕-li eſt adulteratus, & nullius valoris.

Ratione virium etenim ſpiritus hic legitimè paratus, eſt deoppilativus, qui urinam, calculum & menſes movet, & ſudores egregiè ciet, ac acidum deſtruit. Doſi ʒß. ad ʒi. & ultra: id quod acidus adulteratus non præſtat.

*Aliâs ſpiritus ſemel legitimè deſtillatus nulla rectificatione indiget, niſi de volatilitate magnam partem ei adimere velis, ſaltem ab oleo probè filtretur, & ſeparetur.*

Oleum ſuper 🜔. 🜿i rectificatum, penetrans eſt, & in doloribus arthriticis ac tumoribus frigidis inſignium virium, externè infricatum.

## Spiritus Theriacalis Camphoratus,

*Phar. Aug. Ren. & Rollfinc. Chym.*

Recip. Spir. Vini opt. rectif. ℥xx. Theriac. Androm.

 veteris

Veteris ℥v. Myrrhæ. r. ℥iiſs. Croci Auſtr. ℨß. Poſt peractam octiduanam digeſtionem, deſtilla ex MB. imponendo roſtro alembici Camphoræ ℨij. Confert egregiè ad ſudores eliciendos in Peſte, Ictero, Febtibus quartanis &c.

## Spiritus Virid. Æris.

℞. Viridis æris vulgaris ℔v. *affunde ei* acetum deſtillatum ad eminentiam aliq. digitor. *ſtent in calore, donec acetum probè impragnatum eſt, & tinctum, hunc decanta, & alium affunde, ac continua hoc, donec viride æris ferè totum eſt ſolutum.* Hoc facto acetum omnem tinctum evapora in vaſe cupreo ad cuticulam ut criſtalliſetur: relictum liquorem alterius evapora, ut omnis liquor in criſtallos abeat, Ab his criſtallis aliquoties ſpiritum vini rectificatum abſtrahe, ut eo impraegnentur, tunc pulveriſatos immitte retortæ opt. lutatæ, & deſtilla igne aperto, donec omnis ſpiritus prodiit, quem pro lubitu per alembicum ex arena rectifica & ſerva.

Spiritus hic (ita commendante *Zuvelffero*) ſumme opitulatur Epilepticis, Apoplecticis, Hyſtericis, Hypochondriacis. Ac præterea ſe habet inſtar liquoris alcaheſt, qui margaritas, corallia, oculos ♋. &c. integre injecta, blande ſolvit, & in magiſteria redigit ſolubilia hunc in modum, v. g. ℞. Coralliorum, Margaritarum, aut ſimile q. l. *Cui ſive integro ſive contuſo & cucurbitæ vitreæ immiſſo affunde ſpiritus modo docti ad eminentiam aliquot digitorum: Digeranturque in loco tepido non calido, die uno aut altero, vel ulterius, donec ſpiritus unà cum coralliis*

*vertitur*

*vertitur in coagulum album; hoc ita facto appone capitellum, & per M.B. abſtrahe ſpiritum, ad totalem ſiccitatem, & relinquetur materia alba in fundo, quæ aqua ſimplici deſtillata ſolvenda, filtranda, & in M.B. rurſus ab aqua liberanda, atque hoc reiterandum, donec magiſterium probè eſt edulcoratum ab acido.*

Spiritus quoniam integris viribus rurſus à ſoluto eſt abſtractus, aliis ſimilibus ſolutionibus inſervire rurſus poterit.

## Spiritus Vitrioli.

℞. Vitrioli commun. depurati q.l. *ut eo media pars cucurbitæ vitreæ humilis impleatur, tunc appoſito capitello cum ſuo receptaculo deſtilla* ex MB *tamdiu, quamdiu aquâ bulliente quid prodit*, id quod intra 24. horas ferè fit, tunc egreſſum liquorem ſerva *roris Vitrioli* nomine.

Cujus vires ſunt inſignes in calore Febrili extinguendo, Fomito Epileptico extergendo, & textura humorum, ne ſuo nexu nimis ſolvatur, ſartâ tectâ ſervandâ, *Tincturâ Florum bellidis rubr.* imprægnatus conſtituit *Liquorem contra Variolas Waldſchmidii.*

Hâc methodo profecto ⊖-li rore cucurbita ponitur in arena & urgetur ulterius; ſic prodit ſpiritus ⊖-. magis volatilis, qui aſſervatur ſeorſim.

Reſiduum verò, à quo igne arenæ nil amplius exprimendum, immittatur ♉æ tertiam ejus partem vacuam relinquendo, & igne aperto ulterius urgeatur, donec ſpiritus nebularum

 forma

forma exire deſiſtunt, tunc ſubito remove recipiens, ne ſpiritus in caput mortuum regrediantur, & ſpiritus ſervetur.

Si Sal ex capite mortuo expetitur, affundatur ei aqua calida & per elixiviationem extrahatur quicquid ſalini ineſt, tunc aqua evaporetur in vaſe plumbeo, & ſi remanet vitriolum, tunc hoc colligatur, & ulterius de novo deſtilletur in ſpiritum. Poſtea rurſus elixivietur caput mortuum, & evaporetur, ac hoc reiteretur tam diu, donec per elixiviationem & inſpiſſationem remanet ſal incarnati coloris.

Caput mortuum verò toties ſic edulcoratum conſtituit Terram vitrioli inſipidam egregie ſiccantem & adſtringentem, ac hæmorrhagias graviſſimas compeſcentem, externè applicatum.

## Spiritus Vitrioli Roridus, ſive Ros. Mineralis, *Ludovici.*

℞ Vitrioli comm. q. l. hoc per alemb. ex arena ad ultimam uſque guttulam deſtilla, & nactus eris liquorem polychreſtum & elegans attemperans ſubtilioris acoris & ſulfurei odoris.

Ex remanentia poſtmodum per ♉am pellatur ſpiritus communis, & acidus vitrioli.

VIRES cum Rore Vitrioli præcedentis proceſſus ſunt eædem: vel ejus encomia potius huic conveniunt.

## Spiritus Vitrioli Coagulatus portatilis, *Ludovici.*

℞. Spiritus Vitrioli ſimplicis boni q. l. *abſtrahe eum*

*à dimi-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0246-3 DFG

*à dimidio, vel paulo minus*, Nitri crudi, *ſic cum ſimultaneo aquæ fortis unâ colligendæ proventu, nitroſis ſpiritibus abeuntibus, acquires polychreſtum*, citra abuſus tutum, nec injucundum ſpiritum ⊖-li coagulatum.

Loco Nitri perquàm conveniens etiam æſtimat Cl. Ludovici Sal Vitrioli, ex capite mortuo extremè calcinato repullulans; ſed cum hoc non ſit cujuſque laboratorii, hinc ſimplici hoc contentum eſſe jubet.

## Spiritus Vitrioli Volatilis *dulcis*.

℞. Caput mortuum ⊖-li, quod adeo intenſo igne haud omnino fuit exhauſtum, huic adde tantum ✱ci, *& ſubtiliſſimè pulveriſata exactiſſimè miſce, & ex cucurbita terrea vel ferrea, juncturis probe clauſis deſtilla, & acquires flores obſcure flavos*, prodeunte ſimul ſpiritu odore acuto, phlegma Vitrioli referente.

*Remanentiam ſive caput mortuum pulveriſatum ſolve aqua calida & ⊖. extrahe, tunc filtra & evapora aquam; ac pars quædam vitrioli criſtalliſatur, pars vero alia odoris acerrimi coagulari haud vult. His tunc adde ſpir. vini rectif. æquale pondus, & ex arena per retortam vitream pelle, & prodit ſpiritus acidus ſtriatus volatilis gratiſſimus.*

## Suffitus Cephalicus, *P. A. R.*

℞. Benzoi ℥iß. Styrac. calamit. ſuccin. citr. Maſtich. ā. ℥j. olibani, myrrhæ ā. ʒvj. Lig. Aloes, caryophyll.

ana

ana ʒiß. Flor. roſarum r. ʒvj. Lavendul. cortic. citri ſicc. ana ʒiij. *craſſiuſcule contuſa miſce.*

## Suffitus Communis, *P. A. R.*

℞. Baccar. Junip. Raſur. ſuccin. citr. ana ℥iij. Fl. roſar. r. ℥iß. ʒij. Styrac. calam. ℥iß. Ligni Junip. ʒxj. Maſtich. Sandarach. ana ʒx. Olibani ʒvij. *m. fiat pulv. craſſiuſculus.*

## Suffitus Delicatus, *P. A. R.*

℞. Benzoi el. ℥iß. Styrac. calam. ʒvj. Lign. Aloes ʒij. *m. fiat pulvis craſſiuſculus.*

## Syrupus de Abſynthio, *P. A. R.*

℞. Abſynthii Pontici ſive Roman. ℔ß. Roſar. r. ℥ij. Spicæ Ind. ʒiij. ſucci cydon. ℔iij. & ℥iiij. *Macerentur in vaſe fictili horis 24. tum coquantur & exprimantur, Colaturæ addantur ſachari* ℔ij. *Fiat ſ. a. Syrupus.*

Imbecillitati ventriculi & cachexiæ ſuccurrit, à cauſa frigiditatis ſenſum inducente exortis, appetitum dejectum excitat, flatus diſcutit, & albo menſium fluxui opitulatur.

## Syrupus Acetoſæ, *P. A. R.*

℞. Succi acetoſæ depurati ℔iij ſachari clarificati ℔iß. *coquantur ad Syrupi conſiſtentiam.*

Febribus bilioſis admodum gratus eſt, & igneum viſcerum calorem temperat.

Succus hic ut & alii expreſſi omnes depurantur per triduanam lenem digeſtionem.

Syru-

## Syrupus Acetoſellæ, *P. A. R.*

℞. Succi Acetoſellæ depurati ℔ij. ſachari clarificati ℔j. Coquantur in Syrupum.

*Reprimit ardorem Febrium ardentium & malignarum, ac motum humorum inteſtinum deprimit, ſitim ſedat & ſpiritus exſolutos roborat.*

## Syrupus Adiantinus Fernelii, *Phar. Aug. Renov.*

℞. Adianti albi ſive rutæ Murar. m. iij. Nigri ſive capill. vener. vulgar. id eſt polytrichi aur. Saxirag. bethon. Pimpinell. aſplenii ana m ij. Coquantur ex aquæ ℔viij. uſque dum ad quinque redeant. In expreſſo ſolvantur ſachari alb. ℔iiij. Mellis opt. deſpumati ℔ß. *Fiat ſ. a. Syrupus.*

*Incidit & detergit, ac cuivis morbo incipienti conveniens eſt.*

## Syrupus de Agreſta, *P. A. R.*

Recip. Agreſtæ ſive ſucci ex uvis immaturis expreſſi & depurati ℔v. ſachari clarificati ℔iij. *Coquantur in Syrupum.*

*Potenter adſtringit, refrigerat, & ſiccat, malignitati quam maximè reſiſtit, ventriculum roborat, intemperiem ſtomachi & hepatis calidam reſtinguit & ſitim ac vomitum ab æſtuante bile excitatum ſedat.*

## Syrupus de Althæa Fernelii, *P. Nor.*

℞. Cicerum rubr. ℥ß. Rad. alth. ℥j. graminis. aſparagi.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0249-3

glycirrhizæ mundat. Uvarum paſſarum ex purgatar. ana ʒij. Summitat. Alt. Malv. parietar. hæder. ♁. Veron. Pimpinell. plantagin. Adianthi albi, nigri ana m. j. Coquantur ex aquæ ℔iij. donec duæ ſuperſint, deinde cum ſachari albi ℔ij. *coquantur ad conſiſtentiam Syrupi.*

*Ardorem Urinæ demulcet, & craſſam ac viſcidam obſtruentem ſaburram renum cum ſanie & arenulis expurgat.*

## Syrupus Anagallidis, *P. A. R.*

℞. Succi ex herba Anagallidis flore phœniceo, expreſſi & depurati, ℔iij. ſachari clarificati ℔ij. *Coquantur in Syrupum.*

VIRES *ſunt Cephalicæ, præcipuè Maniacis, ac torminibus infantum conducibiles.*

## Syrupus Anticauſodicus, *P. A. R.*

℞. Mellis clarificati ℥xvj. *ſucci* ſempervivi maj. ℥iiij. cancrorum fluviatil. *Phlegmatis* ♁li ana ℥iiß Aceti Roſar. ℥iij. *Coquantur ſ. a. ad juſtam conſiſtentiam.*

*Non contemnendi uſus eſt in Febribus ardentibus, præterea linguam ſiccam humectat, aſperam lenit, & æſtuantem refrigerat.*

## Syrupus de Arthemiſia, *P. A. R.*

℞. *Herb.* Arthemiſ. m. ij. Pulegii Meliſſophyll. Dictam. Cret. Sabin. ana m. j. *Flor.* hyperici m. ß. *Radic.* Rubeæ, Ruſci ana ℥ij. *Sem.* nigell. ℥ß. Caſſ. Lign. ℥j. ſachar. alb. ℔ ij. *Cum* aquæ fontan. ℔v. *coquantur* ſ. a. *in Syrupum.*

*Menſium*

*Menſium obſtructionibus, uteri ſuffocationibus, & partui difficili medetur.*

## Syrupus Berberum, *P. A. R.*

℞. Succi Berberum depurati ℔ij. ſachari ℔iß. *fiat ſ.a. Syrupus.*

*Refrigerat, Bilem reprimit, febrium æſtum temperat, ſitim compeſcit, ac bilioſis ventris profluviis medetur.*

## Syrupus de Bethonica, *ſimpl. Phar. Aug. Renov.*

Recip. Succi betonic. depurati ℔iij. ſachari clarificati ℔iß. *Coquendo fiat Syrupus.*

*Prodeſt capiti & menſes leniter aperit.*

## Syrupus de Borragine.

Recip. Florum borraginis recent. ℔vj. Aquæ fontan. puræ calentis q. ſ. *fiat infuſio horis 24. poſtea exprimantur & Colaturæ* ℔v. *adde* ſachar. ℔iiß. *Coque ſ.a. ad formam Syrupi.*

*Prodeſt Melancholicis, & maniacis, animi defectionibus ac palpitationi cordis obnoxiis.*

*Eadem methodo ex floribus Bellidis paratur Syrupus.*

## Syrupus Cardiacus, *Phar. Norimb.*

Recip. Vini generoſi ℔j. ▽. Roſarum ℥iiß. *Cinamomi* ʒj. *garyophyll.* ʒß. *Zingib.* ℈j. *Deſtillentur per* MB. ℥iij. *Reſiduum expreſſum colatumque coquatur cum* ſachari ℥vj. *ad tabulati conſiſtentiam, cui dein redda-*

reddatur ſpirituoſum per deſtillationem abſtractum, *ſuperadditis* Moſchi gr. iiij. ambræ gr. ij.

## Syrupus Cardui benedicti, *Phar. Aug. Renov.*

Recip. Succi card. ben. depurat. ℔iij. ſachari clarificati ℔ij. *fiat coctione Syrupus.*

*Pleuritidi auxiliatur, & ſudoribus proliciendis opitulatur.*

## Syrupus Ceraſorum Acidor. *Phar. Aug. Renov.*

℞. Succi ceraſ. acidor. per reſidentiam defæcati ℔vj. ſachari clarificati ℔iij. *fiat Syrupus.*

*Efficax eſt ad internos æſtus, ſitim ſedat, febrium incendia reprimit, bilis ferociam temperat, ac appetitum inſtaurat.*

## Syrupus de Chamæmelo *compoſitus, Phar. Norimb.*

Recip. *Radic.* Liquirit. alth. malv. ana ʒv. ſaxifrag. petroſel. ā. ℥ß. *Chamæmeli* odoratiſſ. ℥iß. Flor. Malvæ, althææ ana ℥ß. *Baccar.* Juniper. Aſparagi ana ʒiß. Decoquantur omnia in ſ. q. Aquæ fontan. & colentur. Colaturæ addantur ſachari opt. ℔iij. ſpiritus chamæmeli ℥ß. *fiat ſ. a Syrupus.*

*Cujus effectus in Colica nephritica ac hyſtericis affectibus &c. eſt percelebris.*

Syru-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0252-6
DFG

## Syrupus de Cichor cum Rhabarbaro, *Ph. Norimb.*

℞. Fructuum Alkekengi. *Radic.* Liquirit ā. ʒvj. Fœnic. apii. aſparagi, *hordei* non excort. ana ℥ij. *Cichor.* m. iij. Taraxac. m. ij. ſonchi levis, Lichenis petræi, chondrill. Lactuc. Fumar. Lupulorum ana m. j. capillorum ven. cuſcutæ, ceterach. trichomanes. Rutæ Murar. ana ʒvj. *coquantur in* aquæ ſ. q. *clarificentur & percolentur ad* reſident. ℔vj. deinde cum ſachari clarificati ℔iiij. fiat Syrupus, *poſtea pro qualibet libra hujus decocti Syrupi.* ℞. Rhabarb. opt. ℥ß. Spicæ Nard. ℈ij. In aqua Cichor. *cui unum aut alterum granum* ⊖. ☿i *immiſtum ſit, per digeſtionem extrahatur* Ra Rhabarbari, *quæ huic Syrupo ſeorſim admiſceatur.*

Conducit ad obſtructiones Hepatis, Icterum, Cachexiam, affectionem hypochondriacam, & peculiariter Epilepſiæ infantum ſubvenit.

## Syrupus de Cinamomo, *P. A. R.*

℞. Cinamomi opt. craſſiuſculè pulveriſati ℥v. *Ponantur in cucurbitam vitream addanturque* Aquæ cinamomi opt. cum vino deſtill. ℔ij. Aquæ Roſarum odoratiſſ. ℥ij. *ſtent in loco calido, bene obturato vaſe, ne quid exſpiret horis* 24. *deinde filtrentur, atque cum* ſachari albiſſ. clarificati & ultra conſiſtentiam tabellarum cocti q. ſ. *fiat ſ. a. Syrupus.*

Plurimum recreat ſpiritus, confortat ſtomachum, coctionem juvat, & oris halitum commendat.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0253-2

## Syrupus Corallorum, *Ph. Norimb.*

℞. Salis Corallorum ℥ij, Succi Berberum depurati ℥vj. ſachari albi ℔j. *fiat ſ. a. Syrupus.*

Conducit omnibus fluxionibus Hepaticis, dyſentericis & lientericis.

## Syrupus Corticum Aurantiorum, *Phar. Aug. Renov.*

℞ Cortic aurant. recent. & extimorum ℥vj. Vini albi Neccarici fortiſſimi ℔j. *Macerentur per 24. horas in loco calido, vaſe probe obturato, poſtea vinum decantetur, filtretur, & cum ſachari* clarificati ultra conſiſtentiam tabellarum cocti ſ. q. *permiſcendo fiat Syrupus.*

Ventriculum frigidum roborat, flatus diſpellit, & coctionem juvat.

## Syrupus Corticum Citri, *Ph. Nor.*

℞. Cortic. citri recent. extim. ℔j. Granorum chermes ʒij. *Vini generoſi* ℔iß. *Poſt unius vel alterius diei digeſtionem fiat abſtractio in M. B. juncturis probè clauſis, & lacteæ aquæ exitus finem. Hoc facto* cortices cum granis chermes in cucurbita relict. *coquantur* in ℔ij. vel. iij. aquæ ſimpl. ad remanentiam ℔j. *Decoctum clarificatum* cum ſachari ℔ij. *coquatur ad Tabulati conſiſtentiam, cui* ſuperioris ſpirituoſæ aquæ q. ſ. *addatur, & ſola diſſolutione paretur Syrupus juſtæ conſiſtentiæ.*

VIRES ſunt cordiales & ſtomachicæ, ſimul-

ſimulque febribus malignis, ac cordis palpitationi conducit.

## Syrupus Cydoniorum, *P. A. R.*

℞. Succi Cydoniorum acidorum depurati ℔iij. Sachari albi clarificati ℔iß. *fiat Syrupus.*

Languidum ventriculum recreat, nauſeam ac vomitum ſiſtit, lienteriam ac alvi profluvium biliosum, cum fluxu Hepatico ſedat, & appetitum excitat.

## Syrupus Dia-ſereos, *Ph. Norimb.*

℞. *Radic.* Polipod. Q. rec. ℥j. Liquirit. ʒvj. Apii, fœnicul. Aſparag. ana ℥ß. *Endiv.* cichor. ana m. iij. Rutæ Murar. Capill. Vener. Agrimon. Aſplen. Lupuli, Fumar. ana m. ß. cuſcutæ ʒiij. Hordei non excort. p. ij. *Florum* borrag. bugloſſ. violarum ana p. j. Decoquantur omnia in aqua ad tertias. Similiter ℞. Uvarum paſſarum ℥j. myrobal. chebulorum citrinorum ana ℥ß Granorum Haliacacabi ʒiij. prunorum Damaſcen. num. xx. *Coquantur itidem in* ▽. putæ q. ſ. *ad libras quatuor. Deinde* ℞. Rhabarb. el. ℥iiß Agar. alb. ℥j. ſem. cnici. Fol. ſenæ ana ℥iß. Zingib. ʒj. *Infundantur in* Aqua Cichorii, *ſtent per* 12. *horas in digeſtione, poſtea decoquantur leni calore, vaſe bene cooperto. Tandem confuſis hiſce tribus decoctis & cum albumine ovi clarificatis addantur* ſachari opt. ℔ij. ſyr. roſar. ſolutiv. ℥iij. *& denuo coquantur modicè ad debitam conſiſtentiam, affuſa* aquæ cinamomi ℥ß, *fiat Syrupus.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0255-3 DFG

Vires ſunt ſatis notæ ad viſcerum obſtructiones, cachexiam, hydropem, Icterum &c.

## Syrupus Domeſticus *ſive de ſpina Cervina, P. A. R.*

Recip. Baccarum fruticis illius, quem ſpinam cervinam vocant, circa finem Septembris aut initio Octobr. collectar. q. ſ. *Calefactæ prius contundantur in pila lapidea, tunc exprimendo colentur: ſuccus, expreſſus coquatur lento igne, donec quarta pars abſumatur. In* hujus colati ℔ij. *ſolvantur* ſachari ℥xvj. *clarificentur & coquantur, donec Syrupi bene cocti conſiſtentiam acquirant, adjiciendo in fine* Aniſi, Maſtich. ana ʒiij. Zingib. cinamomi, caryophyllorum ana ʒiß. *Fiatque ſ. a. Syrupus.*

Bilem, pituitam & ſeroſos humores expurgat.

## Syrupus de Endivia *compoſitus Ph. Norimb.*

Recip. Endiviæ rec. m. ij. borrag. ſcariolæ, hepaticæ, bugloſſi, meliſſæ lactucæ, eupatorii ana m. j. ſantali albi, rubri ana ʒj. flor. cordial. ana ʒij. *Coquantur ſ. a. in ſ. q.* Aquæ, *deinde colentur & colaturæ addantur* ſucci Endiv. depurati ℔ij. vini granator. ℥iij. ſachar. alb. ℔iiij. *Fiat ſ. a. Syrupus.*

Conducit ad Hepatis & viſcerum omnium intemperiem calidam.

Syru-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0256-9 DFG

## Syrupus de Eryſimo, *Ph. Nor.*

R. Eryſimi vulgaris totius recentis m. vj. *Radic.* helen. tuſſilag. liquirit. ana ℥ij. *Borrag.* cichorii, capillorum vener. ana m. iß. *Florum* cordial. anthoſ. ſtœchad. ana m. ß. ſem. Aniſi ʒvj. Paſſular. mundat. ℥vj. Inciſis & contuſis fiat ſ. a. decoctio in hydromelitis, & ſucci eryſimi ana ℥vj. Aquæ hordei q. ſ. *Exprime, inque colatura diſſolve* ſachari ℔iij. *& fiat ſ. a. Syrupus.*

Vires ejus ſunt pectorales, in ſpecie verò commendatur ad raucedinem.

## Syrupus de Farfara, *P. A. R.*

℞. Succi Farfaræ depurati ℔iij. ſachari clarificati ℔iß. *coquantur in Syrupum.*

Calidis pectoris vitiis, pleuritidi, peripneumoniæ, nec non phthiſi à catarrhis ſalſis & acribus medetur.

## Syrupus Granatorum *dulcium*, *Phar. Aug. Renov.*

Recip. Succi granatorum dulcium depurati ℔v. ſachar. alb. ℔iiß. *coquantur in Syrupum.*

Tuſſim ſedat, exſcreationes promovet, ac humectando ſitim lenit.

Eodem modo & paratur Syrupus granatorum acido dulcium.

Qui refrigerat & humectat, nauſeam & vomitum bilioſum reprimit, Febribuſque bilioſis auxiliatur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0257-5 DFG

## Syrupus de Hedera Terreſtri *compoſ. Ph. Norimb.*

Recip. Hederæ -▽-. hyſſopi, veroni. Pulmonar. Meliſſ. ana ℥ß. vini opt. ℔iiß. *infuſione facta per aliquot horas, coquantur* ſ. a. *addendo* ſachari alb. ℔j. ut fiat Syrupus.

Medetur phthiſi, ſanat apoſtemata, & urinam ac menſes promovet.

## Syrupus de Hyſſopo, *Ph. Norimb.*

Recip. Hyſſopi nonnihil aridi, *Rad.* Apii, fœnicul, petroſel. liquirit. ana ʒx. Capillor. ven ʒvj. hordei mundi ℥ß. *ſem.* Malv. cydon. *Tragacanthæ* ana in pet. ligat. ʒiij. Jujubarum, ſebeſten, ana num. xxx. paſſul. maj. enucl. ℥iß. ficuum ſiccarum, Dactylor. ping. ana num. x. *Fiat decoctio in* ſ. q. aquæ, *ut dimidia pars conſumatur, expreſſæ vero remanentiæ addantur* ſachari alb. ℔ij. *& fiat Syrupus.*

Conducit in morbis thoracis ex frigida & craſſa materia natis, ubi attenuatione opus eſt. Juvat aſthmaticos & tuſſiculoſos, renum item calculo utilis eſt.

## Syrupus de Jujubis, *P. A. R.*

Recip. Jujubar. num. 60. violarum, ſem. malv. ana ʒv. capill. vener. hordei mundi, liquirit. ana ℥j. *ſem.* papav. alb. Melon. lactuc. cydon. *Tragacanth.* ā. ʒiij. ▽ font. ℔viiij. coquantur ad tertias, colaturæ addendo ſachar. ℔ij. *fiat ſ. a. Syrupus.*

Ad tuſſim ſiccam, raucedinem, & omnes defluxio-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0258-1

defluxiones calidas ad pectus conducit, ſputum tenue incraſſat & expectorat.

## Syrupus de Limonibus, *P. A. R.*

Recip. Succi Limonum maturorum depurat. ℔iß. ſachar. alb. clarificati ultrata. bellarum conſiſtentiam cocti ℔iij. *fiat ſ. a. Syrupus.*

Refrigerat, internos æſtus compeſcit, putredinem arcet, cor & ſtomachum reficit.

Si Syrupus hic paratur ex ſucco citri, vocatur Syrupus Acetoſitatis citri, ratione aciditatis verò hic mitior eſt illo de limonibus.

## Syrupus de Liquiritia, *P. A. R.*

Recip. Liquirit. ℥ij. capillor. Vener. ℥j. Hyſopi ℥ß. Aquæ ℔iiij. ſpecies prædictæ in aqua prius fervefacta horis viginti quatuor macerentur, deinde coquantur ad dimidias, colaturæ addendo Mellis deſpumati ℥viij. ſachari albi ℥xvj. Aquæ Roſar. ℥vj. *Fiat ſ. a. Syrupus.*

Opem fert diuturnæ & ſiccæ tuſſi ac pleuritidi, aperit, detergit, aſperam arteriam lenit, expectorat &c.

## Syrupus de Manna, *Ph. Norimb.*

Rec. *Rad.* polipod. ℥vj. Irid. Flor. Liquirit. ana ℥ß. paſſul. min. ℥iij. caricarum num. vj. Dactylorum num. viij. *Flor.* borrag. bugloſſ. violarum ana p. j. Folior. ſen. ſine ſt. ℥iß. cinam. ℥ß. *Miſceantur cum* Aquæ Mulſæ ℔iiij *coquantur ad conſumptionem* ℔j *& in colatura ſolve* Mannæ Calabr.

℥iij. ſachar. ℥vj. *Lento calore, reducantur in conſiſtentiam Syrupi addendo* Aq. Cinamom. ʒij.

Uſus frequens eſt ad alvum puerorum laxandam.

## Syrupus Maſtichinus, *Ph. Norimb.*

Recip. Aquæ Maſtichin. ℔j. ſachari ad conſiſtentiam Tabulati, inſpiſſati ℔ij. miſce & *fiat ſ. a. Syrupus.*

## Syrupus è ſucco Meliſſophylli, *Phar. Aug. Renov.*

Recip. Succi Meliſſæ citratæ veræ ℔iij. *Abſtrahantur leni calore arenæ* ℥vj. *in remanentia ſolvatur* ſachari albi ℔iß. *clarificetur cum album. ovi, & ad debitam conſiſtentiam coctù, additâ* aqua per deſtillationem *abſtractâ, fiat ſ. a. Syrupus.*

Conducit ad cordis vires reparandas, Lipothymias ſanat, Uteri affectibus prodeſt, & menſes promovet moram trahentes.

Eadem methodo ex ſucco Menthæ fit Syrupus.

## Syrupus Myrtinus *compoſitus, Phar. Aug. Renov.*

Recip. Baccar. Myrti ℥iß. ſem. Sumach. Fl. Balauſt. Roſar. rubr. ſantal. alb. rubri, Berber. ana ʒxv. Meſpilorum ℥vj. ʒij. ſucci pomorum agreſtium, cydoniorum ana ℔ß. *Coquantur omnia cum* aquæ fontan. ℔viij. *ad medias; colentur, &* cum ſachari ℔iij. *fiat ſ. a. Syrupus.*

Efficax

Efficax eſt ad omnem hæmorrhagiam, Hæmopthiſin, menſes immodicos, vomitum &c.

## Syrupus de Papavere *ſimplex*, *Phar. Aug. Renov.*

℞. Capitum papav. albi & nigri recent. cum ſeminibus ana ℥viiß. Aquæ pulv. ℔viij. Decoquantur ad remanentiam ℔iß. cui addantur ſachari albiſſ. ℥viij. *fiat ſ. a. Syrupus.*

Conducit arcendis defluxionibus calidis, tenuibus & acribus ad pectus ruentibus, hinc ſedat tuſſim, lenit raucedinem, & vigilias demulcet &c.

## Syrupus de Pede Cati, *Ph. Norimb.*

℞. Dactylorum mund. Ficuum recent. paſſularum enucleatarum, jujubarum, ſebeſten ana ℥iiij. Ungul. caballin. Pulmonar. maculoſ. cum flor. ana m. ij. Pedis Cati, ceterach. ana m. j. Liquirit. raſ. ℥j. fiat Decoctio in ſ. q. ▽æ fontan. Cujus ℔ij. *cum pari pondere* ſachar. *in ſyrupi formam redigantur.*

Conducit ad plurimos pectoris affectus, ubi expectoratio levamen promittit.

## Syrupus de Polypodio, *compoſitus. Phar. Norimb.*

Recip. *Radicum* Polypod. ſelect. ℥iij. Cichor. ℥ij.

bugloſſ. ℥iß. liquirit. rec. raſ. Irid. Illyr. lapathi acut. *cortic.* citri. rec. ſiccat. ana ℥j *Herb.* Fumar. Cuſcut. Ceterach. Ling. cervi. beton. Acetoſell. Trifol. aur. ſonchi levis, capill. Vener. ana m. j. Endiv. Jaceæ, ſive Trinitatis cum flor. a. m. ij. paſſular. min. ℥iij. Pulp. Tamarind. ʒij. *Omnium minutim conciſorum & contuſorum fiat infuſio & decoctio* in ſ. q. ſeri Lactis caprin. *ad tertiæ partis conſumptionem.* Deinde ℞. Fol. Senæ Alex. ſ. ſt. ℥iiij. Rad. Polipod. Q. mund. Turpethi ſel. ana ℥iß. Rhabarb. opt. Agaric. albiſſ. Helleb. nigr. præp. ana ʒvj. Epithymi ſel. *ſem.* aniſi fœnicul. ana ℥ß. urtic. ʒij. *Hæc omnia conquaſſata itidem in ſero Lactis caprini immergantur, atque bene tecta coquantur, colentur, ſuperiorique decoctioni adjungantur. Tandem omnia ſine albumine ovi clarificando per decidentiam decantentur, & addantur* ſachar. albi ℔iij. *lentoque igne ad conſiſtentiam Syrupi coquantur adfuſa in fine* Aquæ Cinamomi ℥iß.

Affectioni hypochondriacæ obnoxiis prodeſt; &c.

## Syrupus è Pomis, *Ph. Norimb.*

℞. *Succi* Pomor. dulc. borrag. bugloſſ. ana ℔iß. Foliorum & folliculorum Senæ ana ℥j. Croci ʒj. *Fiat duplex infuſio & decoctio.* Fol. Senæ *cum ſuccis depuratis, addito* croco, *dein poſt iteratam clarificationem additis* ſachari ℔ij. *coquantur ad conſiſtentiam* Syrupi.

Obſtructioni lienis conducit, &c.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0262-2
DFG

## Syrupus de Rhabarbaro *ſolutivus*, *Phar. Aug. Renov.*

℞. Rhabarb. opt. Folior. ſenæ ana ℥iiß. Florum, violarum m. j. cinamomi ʒiß Zingib, ʒß. Aquarum beton. cichor. bugloſſ. ana ℔j. *Fiat omnium infuſio per noctem, mane ebullitione & expreſſione facta colatura coquatur ſ. a. in ſyrupum cum* ſachari albi ℥xvj *cui addantur* Syrupi Roſat. ſolut. ſimpl. ℥iiij.

Citra moleſtiam in pueris & delicatis alvum ſubducit.

## Syrupus Ribium, *P. A. R.*

℞. Succi Ribium depurati ℔iij. ſachar. ℔iß. *fiat ſ.a. Syrupus.*

Ardorem Febrilem demulcet, ſitim ſedat &c.

Eodem modo fit item Syrupus Rubi Idæi.

Qui Febrium æſtus mitigat, ac ſimul lipothymias arcet, & alvum blande adſtringit.

## Syrupus Roſatus *ſimplex*, *P. A. R.*

℞. Roſarum rubr. recen. ℔xij. aquæ puræ calentis q.ſ. ℔xij. Roſæ contuſæ ſtent in infuſione per horas 24. tunc colentur & colaturæ addantur ſachari ℔iiij. Fiat ſ. a. Syrupus.

*Eadem methodo item fit Syrupus Flor. Tunicæ.*

Abſtergit & alvum lenit.

Si loco ℔iiij. ſachari ſaltem ℔ij. ſumuntur,

tur, fit inde Syrupus Roſatus ſolutivus ſimplex, ſive Mucharum Roſarum.

## Syrupus de Roſis Siccis, *P. A. R.*

℞. Roſarum rubrarum exſiccatarum ℔j. *Infundantur in* aquæ calentis puræ q. ſ. 24. *horis, poſtea in expreſſione diluatur* ſachari alb. ℔j, *& coquatur ſ. a. in Syrupum.*

Commendatur ad omnem fluorem alvi ſiſtendum, & hæmorrhagias & vomitus ſiſtendos, &c.

## Syrupus Scelotyrbicus, *P. A. R.*

℞. Succi Naſturtii aquat. becabung. ana ℔ß. Fumariæ, Lupuli ana ℥iij. *Lento igne deſtillando abſtrahantur ejus unciæ quatuor ſemis. Reſiduum cum* ſachari ℥viij. *clarificetur, & ultra tabulati conſiſtentiam coctum cum aqua deſtillata permiſceatur ad debitam Syrupi conſiſtentiam.*

Mitigat ſymptomata Lienis & ſcorbuti, & exulcerationibus oris & gingivarum prodeſt.

## Syrupus de Siliquis *ſive Diacodium liquidum, Ph. Norimb.*

℞. Capit. Papav. albi cum ſemin. num. xx. ſiliquarum dulc. Radic. liquir. ana ℥iij. Altheæ ℥j. ▽. font. q. ſ. *decoque ad remanent.* ℔ij. *Decoctum clarificetur,*

*cetur, cui addatur* ſachari albi tantundem, *& coquendo fiat ſ. a. Syrupus.*

VIRES vide de Diacodio Montan.

## Syrupus de Stœchade.

℞. Flor. Stœchad. ℥iiij. Thymi, Origani, calaminth. ana ℥iß. ſalviæ, Flor. Roriſmar. ana ℥ß. ſem. Aniſi ℥j. *Inciſa & contuſa macerentur per* 24. *horas in* ▽æ fontan. ℔x. *& deſtillando leni arenæ calore ſeparentur* liquoris ℥xiiij. *in quibus iterum per* 24. *horas infundantur* Cinamomi Zingib. Calami aromat. ana ʒij. *Poſtea remanentia prima exprimatur, & quod expreſſum eſt, cum* ſachari ℔iiij. *clarificetur, ac ultra tabulati conſiſtentiam coquatur, addita* aromatum infuſione filtratâ, *fiat ſ. a. Syrupus.*

VIRES prædicantur cephalicæ, hinc in Epilepſia, convulſionibus, paralyſi &c. optimè conducibiles.

## Syrupus de Symphyto, *Fernel. Phar. Aug. Renov.*

℞. Radic. & cymarum ſymphyti major. m. vj. Roſar. rubr. Betonic. Plantag. Pimpinell. Polygon. Scabios. Tuſſilag. ana m. ij. *Ex contuſis omnibus recentibus exprimatur ſuccus, coquaturque ad* ℔iij. *addendo* ſachari alb. ℔iiß. *Fiat ſ. a. Syrupus.*

Tabidorum & ulceratorum Pulmonum

ſaniem

ſaniem & pus blande extergit, ſine ſanguinis erupturi metu.

## Syrupus Zybebarum, *P. A. R.*

℞. Folior. ſenæ el. ℥iiij Zibebar. ℥j. Zingiber ʒj. Aq. fontan. q. ſ. *Infundantur horis* 24. *dein ebulliant & exprimantur*, *& cum* ſachari ℔ij. *coquantur ſ. a. ad conſiſtentiam Syrupi*, *qui aromatiſetur* cinamomi ʒj.

Alvum blandè ſubducit, & pueris ac delicatulis commode adhibetur.

## T.

## Tartarus Emeticus.

℞. Croci metallorum edulcati, cryſtallorum ♀i ana ℥iiij. *ſubtiliſſ. pulveriſata & miſta coque cum aquæ* font. ℔iiij. *tam diu in olla vitreata, donec in ſuperficie aquæ ſtellulæ quaſi apparent*, *tunc*

*tunc filtra per chartam & ſtent in frigore, ac ſubſidebit ☿. Liquorem reſiduum ulterius coque, & ☿um, qui fundum petit, collige, ac exſicca & ſerva.*

Eſt Vomitorium multis nominibus commendandum, modò legitimè à perito Medico exhibeatur. Doſis eſt adultis gr. iij. robuſtioribus gr. iiij.

## Tartarus Solubilis.

℞. Criſtall. ☿. ℥iiij. pulveriſatos ſolve in ▽æ ℔iiij. *coquendo, criſtallis omnibus ſolutis affunde* ⊖is ☿i aqua ſoluti *vel oleum* ☿i *per deliq. ſenſim inſtillando tam diu, quam diu invicem effervеſcunt: tunc ſenſim evapora aquam &* ☿*um ſubſidentem collige.*

Vires obtinet non contemnendas in alvo laxanda. Doſi ʒß. ad ʒj. cum vino, vel juſculo, præterea egregium præbet antinephriticum & aperitivum.

## Tartarus Vitriolatus.

℞. Olei ☿i per deliq. purificati ℥iiij. *Inſtilla huic guttatim* ſpir. Vitrioli *tamdiu, quamdiu invicem efferveſcunt, ſic ſenſim atque ſenſim ad fundum præcipitatur* Tartarus Vitriolatus, *qui colligendus & ſiccandus.* Liquor verò ſupernatans, qui acidulum ſaporem habere debet, decantetur & ad cuticulam evaporetur, ſic ſenſim concreſcunt criſtalli liquore refrigerato,

Signum

*Signum boni ſpiritus vitrioli eſt, ſi ejus guttulis aliquot oleo ♀i per deliq. inſtillatis non ſolum ebullitio ſed ♀i ad fundum præcipitatio ſimul fit, ſecus ſi accidit, nullius pretii eſt ſpiritus ⊖li.*

Generale fere eſt digeſtivum, ad omnes obſtructiones ſolvendas, ut in calculo, nephritide, Ictero, menſium ſuppreſſionibus, Febribus, Tumore & duritie, lienis hydrope &c. Doſi ℈ß. ad ʒß.

## Theriaca Andromachi, *P. A. R.*

℞. *Trochiſcorum* Scillinor. ℥vj. de Vipera, Piperis longi, Opii cum aceto depurati, Trochiſc. Hedychroi ana ℥iij. Roſarum r. exſiccat. Ireos Illyric. aut *florent.* ſucci liquirit. ſemin. buniadis dulcis, *ſeu Napi ſativæ*, comarum ſcordii cret. Opobalſami *vel ol. Nuc. Moſch. expreſſi*, cinamomi, Agarici ana ℥iß. Myrrhæ, Coſti odorati *vel Zedoar.* Croci Orient. Caſſiæ Lign. veræ, Nardi Indic. Scœnanthi, Thuris maſculi pelluc. dic. Piper. nigri, albi, Fol. Dictam. Cret. Comarum, Marrubii, Rhabarbari, Stœchad. Arab. ſem. Petroſel. Macedonici. Calaminthæ, montan. odorat. therebint. Cypriæ. Zingiberis, Radic. Pentaghyll. ana ʒvj. Polii Cretici Chamæpityos, Styrac. Calamitæ. Mei *vel Angelic.* Amomi racemoſi, *aut ſem. citri & hyperici ana p. æq.* Calami aromat. Nardi Celticæ, Terræ Lemniæ veræ, Phu Pontici, *aut Valerianæ noſtrat.* Comarum Chamædr. Creticæ. Fol. Malabatri *vel ejus loco Macis & caryophyllorum ana p. æq.* Chalcitidis toſtæ, Radicis gentian. Aniſi, ſucci hypociſtidis, Carpobalſami, Gum̃i Arab. ſplendidi, ſem. fœnic. Cretici, Cardamomi

minor.

minor. Seſeleos Maſſil, Succi Acaciæ. Thlaſpios. Comarum Hyperici, Ammeos. Sagapeni ana ʒ iiij. Caſtorei. Ariſtoloch. long. Sem. Dauci Cret. Bitumin, Judaic. Opoponac. Comarum cent. min. Galbani ana ʒij. Mellis deſpumati triplum, id eſt, ℔ xxxx. ℥v. & ʒij.

## Theriaca Reſoluta, *ex Trochiſcis Hedychroi, de viper. & ſcilla. P. Nor.*

℞. Alcohol. Viperarum ℥ij. ʒiij. gr. xij. Caſtor. electi ʒij. Pulpæ Scyllæ ℥iiiß. gr. 48. *Radic.* Irid. Illyr. ℥ iß. Quinquefol. Rhapontici veri Zingib. *ana* ʒvj. Phu Pontici ʒv. Acori, Gentian. Mei *ana* ℥ß. Ariſtol. long. ʒij. Calam. Aromat. ʒj. Aſari ℈ij. *Fol. & ſummitat.* Scordii ℥iß. Nardi Indicæ ℥j. Schœnanthi ʒvii. Calamint. Montan. Dictam. Cret. Malabathri, Marrubii *ana* ʒvj. Chamædr. Chamæpyt. Nardi Celtic. Polii montani *ana* ℥ß. Mari veri, Majoran. *ana* ℈ij. *Flor.* Roſarum finiſſ. ℥ iß. Stœchad. Arab. ʒvj. Hyperici ℥ß. centaur. min. ʒij. *Sem.* Napi ℥iß. Amomi racemoſi. ℥j. Petroſelin. ʒvj. Ammi, Aniſi, fœnicul. Seſeli Maſſiliens. Thlaſpi *ana* ℥ß. Dauci Cretici ʒii. *Carpobalſami* ℥ß. Piperis longi ℥iij. Cinamomi el. ʒxiij. Caſſiæ lign. Croci Oriental. *ana* ℥j. Coſti veri ʒ vii. Piperis albi, nigri *ana* ʒvj. Cardamomi minor. ℥ß. *Ligni* Aloes ʒj. Santal. citrin. ℈ii. *ſucci* Opii Thebaici el. ℥iij.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0269-5 DFG

Opobalſami veri ʒxiij. Liquirit. ℥iß. Acaciæ Hypociſtid. *ana* ℥ß. *Myrrhæ rubr.* ℥j. Therebint. Cypr. Thuris el. *ana* ʒvj. Gummi Arab. Storac. Calamit. *ana* ℥ß. Bitumin. Judaic. Galbani Opoponac. Sagapen. *ana* ʒii. Maſtich. el. ℈j. Agaric. alb. ℥iß. Terræ Lemniæ Chalcitidis *ana* ℥ß. Vini quantum pro diſſolvendis liquoribus & ſuccis ſufficit. Mellis optimi deſpumati triplum. *fiat ſ. artem.*

## Theriaca reſoluta & in Claſſes *diviſa, ac in ſexduplo diſpenſanda.*

### *Claſſis* 1.

℞. Radic. Irid. Florent. vel Illyr. ſcordii Cret. ſem. buniadis *ana* ℥viiij. Coſti ſeu Zedoar. ℥iiiiß *Coſti ſeu Zedoar. ad Trochiſc.* ʒvj. Polii Cretici, ſem. Aniſi Seſeleos *ana* ℥iij.

### *Claſſis* 2.

Radic. Pentaphylli, Marrub. Nepetæ ſeu Calamenth. *ana* ℥iiiiß. Gentian. Chamædr. ſem. fœnicul. Amomi *ana* ℥iii. *Amomi ad Trochiſc.* ℥iij.

### *Claſſis* 3.

Radic. Angelic. Phu Pontici *ana* ℥iij. *Phu Pontici ad Trochiſc.* ʒvj. Chamæpithios, ſemen. Thlaſpios ſpic. Celtic. *ana* ℥iij. Dictam. Cretici ℥iiiiß. Ariſtol. long. ℥iß.

*Claſ-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0270-6

## *Claſſis* 4.

Trochiſc. de Squilla. ℥xxxvj. *vel pulpæ ſcyllæ* ℥xxiß. gr. xxxxviii. Trochiſc. de Viper. ℥xviii. *vel Alcohol. Viperarum.* ℥xiii. ʒiii. gr. xii. Flor. Roſarum rubr. ℥viii. Schœnanthi ℥iiiiß. *Fol. Schœnanthi ad Trochiſc.* ʒvi. ſem. Petroſel. Macedon. ℥iiiiß. Comar. Hyperici ℥iii. Centaur. min. ſem. Dauci Cretici *ana* ℥iß.

## *Claſſis* 5

Sem. Ammeos, Calami Arom. ʒiij. *Calami aromat. ad Trochiſc.* ʒvj. Caſſiæ Lign. ℥iiiß. *Caſſiæ Lign. ad Trochiſc.* ℥iß. Rhabarb. ℥iiiiß. Spicæ Indic. ℥iiiiß. *Spicæ Indic. ad Trochiſc.* ℥ iß. Cinamomi ℥viiij. *Cinamomi ad Trochiſc.* ℥iij Piper. longi ʒxviij.

## *Claſſis* 6.

Folii aut Macis & Caryophyll. *ana* p. æq. ℥iij. *Folii aut Macis & Caryophyll. ad Trochiſc. ana* p. æq. ℥iß. Carpobalſami aut Cubebar. Cardamomi min. *ana* ℥iij. Zingiber. alb. Piper. alb. Nigri. Stœchad. Arab. *ana* ℥iiiiß.

*Sequentia aut in claſſes antecedentes ſunt dividenda, aut per ſe terenda, nec non partim Vino Cretico diſſolvenda, utpote*

Agarici albiſſ. ℥viiij. Myrrhæ ℥iiiiß. *Myrrhæ ad Trochiſc.* ℥ ß. Olibani ℥iiiiß. Caſtor. bitum. Judaic. ℥iß. *Gummi* Galban. Opoponac.

*ana* ℥iß. Sagapen. Arabic. *ana* ℥iij. *ſucci* Acat. Hypociſtid. *ana* ℥iij. Liquirit. ℥viij. Opii depurati ℥xviij. *Storac. calamit.* ℥iij. Therebint. Venet. ℥iiiß. Olei Nuc. Moſch. expreſſ. ℥vj. ʒvj. Olei Nuc. Moſch. deſtill. ℥iiß. Croci Oriental. ℥iiiiß. *Croci Orient. ad Trochiſc.* ℥iß. Terræ Lemniæ, Calcanthi *ana* ℥iij.

Reliqua adhuc ingrediuntur Trochiſcos Hedychroi v. g. *Mar. Ver. Rad. Aſar. Amaraci, Aſphalti ana* ℥ß. *Ligni Aloes* ʒvj. *Maſtich.* el. ʒij. *Opobalſ. ſeu olei caryophyll.* ʒvj. Mellis deſpumati ℥1072.

*Si loco unciarum ponuntur Libræ pond. civilis, diſpenſatur in 96. duplo.*

Quoniam *Trochiſci Hedychroi non amplius ſunt in uſu*, niſi quod Theriacæ ſint ingrediens, hinc ſaltem ejus ingredientia debito pondere per claſſes ſunt diſtribuenda & addenda.

*Claſſes verò eundem in finem ſunt poſita, ut moles ingredientium eo facilius comminui & in pulverem ſubtilem redigi queat.*

Poſtquam verò omnia ingredientia nunc in pollinem ſunt redacta, tunc *Gummi ſagapenum, Opoponax, Galbanum & Gummi Arabicum* per ſe *vino Cretico ſoluta* & liquata per ſetaceum tenuius pulticulæ forma exprimantur.

*Hoc facto ad permixtionem ſic accedes:*

Primo ſex *claſſes Medicamentorum*, in tenuem pollinem redactas, unà *cum iis quæ per ſe*

*teren-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0272-7

*terenda* monuimus, nec non *ſpeciebus Trochiſcorum Hedychroi* (exceptis *Terra Lemnia, Croco & Chalcitide*) commiſcebis, diligenter pulveres agitando, ut accuratè & per minima permixti, paulatim poſtmodum Melli & reliquis liquidioribus miſceri queant, ſequenti modo.

His namque rite diſpoſitis, *ſex circiter Mellis deſpumati* & modicè calentis *unciæ* in cacabum magnum infundendæ, eæque piſtillo magno ligneo ita hinc inde ducendæ, ut fundus & parietes cacabi aliquouſque Melle hoc tenuiſſimè obducta & quaſi peruncta videantur.

Tunc omnium primo *Therebintina Cypria* ſupra prunas leni calore liquata, *addito pauco Melle & vino Cretico* eidem aheno indenda, quam mox *Gummium expreſſus* quaſi *cremor*, identidem *vino Cretico modicè dilutus*, & leniter calefactus ſubſequatur.

Dehinc ſucci & *Liquores concreti*, nimirum *ſuccus Acatiæ, Liquiritiæ, Hypociſtidis*, ipſumque *Opium* compoſitioni jungantur, quæ omnia ac ſingula *vino Cretico ſoluta & colata*, unà cum prioribus, aheno inditis, continua ac indeſinenti agitatione probè permiſceantur.

Hoc facto *Mellis deſpumati* mediocriter calentis libræ aliquot immittantur, atque factâ iterum diligenti omnium jam dictorum

 unio-

unione, *pulveres ſex Claſſium* per cribrum anguſtum paulatim inſpergantur, continuaq; agitatione ſic accuratè permiſceantur, ne quid grumeſcat, ſed compoſitio ipſa evadat æqualis ac tenera, atque ſic alternis vicibus modo Mellis portio aliqua affundenda, modo pulveres inſpergendi, donec omnis pulverum quantitas melli fuerit unita.

Tunc vero *Terra Lemnia*, & poſt eam *Chalcitis*, utraque prius *vino Cretico diluta* adjicienda; ab hinc *Styrax Calamita* addito modico vino Cretico ſuper prunas liquefiat; ac *Oleo Nucis Moſchatæ* addito, artificiosè, ne grumeſcat, diſſolvatur, compoſitionique addatur. Quæ ubi probè unà cum cæteris omnibus mixta fuerint, *Crocus* eodem *vino Cretico dilutus* Theriacam intret, & poſtremo *Oleum Garyophyllorum*, cum *Oleo Nuc. Moſchatæ*, *deſtill.* Medicamentumque diu ac ſtrenuè agitandum, ut omnium eo perfectior fiat mixtio, idque in vaſe mundo reponendum, cujus tertia vel minimum quarta pars vacua ſuperſit, ut Theriaca fermentando, inque ampliorem molem accreſcens & inſurgens, commode per dies aliquot in eo agitari queat.

Eſt verò ad dies octo ad minimum quotidie commovenda, deinde verò ſingulis hebdomadibus, ac tandem ſingulis menſibus agitanda, donec unius anni ætatem attigerit, ſemper eam diligenter contegendo, & ab externis

inju-

injuriis muniendo, eritque ſic Theriaca omnibus numeris abſoluta,

VIRES *celebrantur inprimis Alexiteriæ, hinc exhibetur in venenatis morbis, in peſtilentibus conſtitutionibus præſervandis & curandis, ſanat item Capitis dolores diuturnos, vertigines, auditus graves, oculorum hebetudines, comitialem morbum &c. Succurrit recenti & veteri Tuſſi, & iis quibus Thorax dolet. Convenit etiam ſanguinem exſpuentibus, Emendat ſtomachi vitia, & debilem coctionem adjuvat. Inflationes Stomachi, & inteſtinorum, cruciatusque colicos & Iliacos placat. Lumbricos expellit, icterum & induratos Lienes curat. Febres cum rigore maximè quartanas abigit. Menſes movet, & arthriticos ſolatur; In genere calefacit & roborat: hinc ſaltem Bilioſis vitanda nec æſtate ſæpius, aut Febribus ardentibus correptis præbenda. Senioribus vero & pituitoſis, nauſeabundis ac ſtomachi cruditate & inflatione laborantibus ſæpius & plurimum exhibere convenit.*

## Theriaca Smaragdina, *P. A. R.*

Recip. Smaragdi præp. ʒiij. Hyacinthi præp. Radic. pœon. ſem. ejusdem Viſci Querc. Cinamomi Zedoar. ana ʒij. Croci ʒß Dictam. Cret. *ſemin.* Citri ana ʒiij. Acetos. *coralliorum* rubr. præp. ana ʒiß. *Raſur.* Unicorn. Eboris ana ʒij. Syrupi è ſucco Limon. Mellis deſpum. ana q. ſ. *ut fiat Electuarium molle.*

Epilepticis, vertiginoſis & uterinis af-
fectibus maximè eſt proficua.

## Theriaca Diateſſeron.

℞. Gentian. Baccarum Lauri, Myrrhæ, Ariſtoloch. rot. ana ℥ij. Mellis deſpumati ℔ij. miſce, *fiat Electuarium.*

Theriaca hæc, jumentis vulgò exhiberi ſolita, Hominibus item ſalutaris exiſtit, & plurimum valet contra peſtilentis luis infectionem, aliorumque malignorum morborum contagia, omneſque alios affectus frigidos, ventriculi inflationem, & coctionis debilitatem. Poteſt verò longe præſtantior fieri, addendo *Terram Lemniam*, *Angelicam*, *Zedoariam*, *Tormentillam*, *Scordium &c.* aucto ſimul mellis pondere.

## Tinctura Anodina, *Ludovici.*

℞. Extract. Opii ſimpl. ℥j. Aquæ Apoplectic. *Ludovici*, Spir. Vitrioli Roridi ana ℥iiij. *Miſta ſtent donec liquor probè tinctus & opium ferè ſolutum extet, tunc ſerva.*

Præſtat hæc tinctura in plurimis morbis plus quam integra remediorum phalanx, v. g. in complurium malignarum principiis, Vomitu, Diarrhœa, nephritide, Rheumatiſmo, &c. Doſi gtt. vj. ad x. xv. vel. xx. præcipuè noctu data.

Tinctu-

## Tinctura Antimonii.

℞. Remanentiam *Balſami ♁ialis*, immitte crucibulo & exicca, ac paulisper calcina, tunc exime, & *in vitro ei ſuperfunde* Spir. Vini opt. q. ſ. *ſtent per tempus, donec ſpiritus probe eſt tinctus, hunc decanta & alium affunde, ac hoc reitera, donec ſufficientem ſpiritus tincti copiam nactus fueris*, tunc confunde ſpiritum omnem tinctum, & leniter abſtrahe ad dimidias vel tertiæ partis remanentiam, quam ſerva.

Inſignis eſt efficaciæ in ſanguine depurando, malo hypochondriaco, cachexia &c. Doſi gtt. x. ad xxx.

## Tinctura Aphronitri *Mollenbroc.*

℞. Aphronitri q. l. *affunde ei* ſpir. ⊖is *guttatim tam diu, donec nulla amplius ſentitur efferveſcentia*, tunc filtra ac ſerva.

Quoad vires præbet inſigne antinephriticum, in ♀ro per urinam expellendo.

## Tinctura Antiphthiſica.

Cum Tinctura hæc rarò diu contenta ſua ita firmiter retineat, quin brevi tempore ea ad fundum deponat rurſus, hinc ut hoc evitetur incom̃odum, notandum: 1 *Extractionem fieri debere in frigido non in calido.* 2. *Vitriolum* ♂. *non debere excedere quantitatem ſachari* ♄ni, *ſed potius minori quantitatem recipi*; & 3. *Minori debere fieri quantitate, ut ſemper recens in promptu ſit.* Fit verò optimè ſequentem in modum:

℞. Vitrioli ♂. ℥ß. ſachari ♄ni ʒvj. Aceti ſimpl. ſed

 boni,

boni, Spir. Vini ſ. ana ℥iiij. *Miſceantur citra pulveriſationem, & ſtent ſubinde movenda, donec Tinctura eſt optimè extracta*, quæ ſervetur. Vel ℞. Aceti ſupra minium vel lithargyr. probè dulcificati ℥iiij. Croci ♂. ſicci ℥ß. *ſtent ita per tempus vel dies aliquot, tunc adde* ſpir. vini ℥iij. m. *& ſtent, donec tinctura eſt probè extracta, quæ ſervetur.*

Viribus eſt laudatiſſima, in hæmoptyſi, hæmorrhagia quâvis, præcipue menſium fluxu nimio, ſudoribus immodicis, pollutione nocturna &c. Doſi gtt. x. ad xxx. & ultra. Cautè tamen propinetur, ſi ventriculus jam eſt debilis, ne uſu nimio magis labefactetur.

## Tinctura Aperitiva Mœbii.

Eſt Spiritus Salis, abſtractus à ſale ♀i, aut alio quocunq; alcalino, ſicque refractus, tunc Tornâ ſolis tinctus.

*Famoſiſſima olim* vivente *B. Mœbio*, & ut panacæa prædicata fuit, *in ſtomachi fermento confortando, appetitu excitando, tartaro hypochondriorum pellendo, flatibus diſcutiendis, urina & arenulis pellendis, calore præternaturali & ſiti ſedanda &c. Ubi videlicet partes bilioſæ, & humores exorbitantes & nimium ebullientes, acido miti mitigari neceſſe habebant.*

*Cramerus in ſuo Collegio Chimico* aliam tradit hujus Ræ Aperitivæ præparationem, v. g. ℞. Salis comm. ⊕j. *ana* ℔j ♀i. ℔ij. *mixta deſtilla per* ♉am, *& ſpiritum egreſſum rectifica* à ⊖e ♀i, *ac tin-*

*ac tingatur* Torna Solis. *Non ergò ſpiritum Salis hoc medicamentum conſtituere, ſed tantum ejus ingrediens eſſe, inquit.* Injectio verò ⊖is ♀i tam diu continuanda eſt, donec ebullitio ceſſat.

Operatio optimè inſtituitur in alembico ſupernè foramine prædito, quod ſubitò poſt injectionem claudi debet, quo ſpiritus ſubtilis exſurgens in recipulum tranſeat & capiatur.

## Tinctura Bezoardica, *P. A. R.*

℞. *Radic.* Zedoar. ℥ij Angelic. Pimpinell. Valerianæ. ver. Vincetoxici ana ℥j. *Herb.* Scordii m. iij. Millefolii, Rutæ, Meliſſæ, ana m. j. Calami Aromat. ℥j. Coſti electi. Cortic. citri exter. recentium, Baccar. Juniperi ā. ℥ij. Myrrhæ ℥ij. Camphor. ℥j. Theriac. opt. ℔iß. Spir. Vini boni menſur. ij. *Poſt octiduanam digeſtionem abſtrahantur in arena ſpiritus* libræ ij. *His adde* ſpiritus ♀i genuin. ℔iß. Vitrioli Volatil. ℥vj. *Miſce, & tingantur cum baccis* Herbæ Paris, *ac filtrentur & ſerventur.*

## Tinctura Bezoardica, *Ludovici.*

℞. Radic. Carlin. Vincetoxici Enulæ, Zedoar. ana ℥iiß. Croci Or. integr. pulv. Viperini, Myrrhæ ana ℥ij. Opii ʒvj. Caſtorei ℥ij *groſſo modo inciſa infunde cum* ſpir. Vini ſimpl. non adeo phlegmatici, vel ſpir. Juniperi optimè dephlegmati ℔iiiiß. *ſtent in leni digeſtione per dies* xij. *ſæpius agitanda. Tunc* ℞. Liquoris hujus tincti decantati ℔iiij. (ſi forte ℔ß. remanentibus ſpeciebus inhæreat) adde Eſſentiæ Camphoræ

phoræ ℥ij. ſpir. ♀. propriâ manu elaborati, ſed non rectif. ℔. iij. ſpir. ⊖-li roridi ℥xij. *Miſce, tingatur vel ſantalo rubro vel floribus papav. ſiccatis, & ſervetur.*

## Tinctura Bezoardica, *mihi familiaris.*

Recip. *Radic.* Angelic. Imperator. Valerian. Leviſtici, Enulæ, Ariſtol. utriuſque Tormentill. Zedoar. a. ℥j. *Herb.* Scordii. card. bened. Rutæ ā. m. ij. *Flor.* Tunic. Calendul. Hyperici, ana m. j. *ſem.* Angelic. Leviſtic, Citri, Rutæ ana ʒij. *Bacc.* Juniper. ℥ij. *Cortic.* Citri, Aurant. ana ℥iß. Myrrhæ ℥iiß. Croci ℥ß. *Inciſis & conquaſſatis affunde,* Spir. Juniperi Menſ. iiij. *ſtent in infuſione probè clauſa per tempus, tunc cucurbitæ immiſſa deſtilla, donec menſura una circiter prodiit, quam ſerva.*

*Ramanentiam exprime & cola, ac leni calore evapora & inſpiſſa in extracti formam. Cui tunc affunde ſpiritum prolectum: & ſtent, donec ſpiritus probe tinctus & ſaturatus exiſtit.*

Hujus *ſpiritus tincti* ℞ ℔.ij. *Spir.* ♀. propria manu parati & non rectif. ℔iß. ⊖.*li roridi,* ſive volatilis ℥vj. *Camphor.* ſpir. ſubtiliori ſolutæ ℥j. miſce & ſerva, Tempore uſus & ratione circumſtantiarum cum *Tinctura anodina, Caſtorei,* &c. maritanda.

VIRES ſunt admodum inſignes, etenim Alexipharmaca eſt & ſudorifera, diuretica, & emmenagoga, obſtructiones aperit, & flatus diſpellit, Febres abigit, tam continuas, quam intermittentes, hyſtericis medetur &c.

Doſi

Doſi gutt. xx. ad 60. in conveniente vehiculo.

## Tinctura Corticum Aurantiorum, *Phar. Norimb.*

℞. Cortic. Aurantiorum exter. q. v. *Relinquantur in umbra per diurnum ſpatium, ſuperinfundatur* Spir. Vini rectif. ſuff. quant. *& relinquantur in digeſtione blandi caloris per triduum*; novi denuò cortices infundantur poſt digeſtionem, & pro uſu aſſervetur.

Vires in colica flatulenta ſunt inſignes &c. Doſi ʒj. ad ℥ß.

## Tinctura Coſmetica.

℞. *Storac.* Calamit. Benzoi ana ℥i. Balſ. Peruvian. ʒij. Spir. Vini rectificatiſſ. ℥vij. *ſtent in infuſione, donec ſpiritus eſt probe tinctus & ſaturatus, tunc filtra & ſerva, ac alium affunde tam diu, quam diu ſpiritus tingitur*, tandem ſpiritus tinctos conjunge & ſerva, ſi ejus aliquid ▽æ roſaceæ admiſcetur, fit inde Lac Coſmeticum.

Si Storax & Benzoi prius ſolvendo cum rore majali calore leni depurantur, & rurſus inſpiſſantur colata, tum tinctura inde emergit nobilior.

## Tinctura Hyperici, *P. A. R.*

℞. Summitatum Hyperici florentis pulv. q. v. *macera* in Spir. Vini rectif. q. ſ. *per octiduum, in loco tepido*

*poſtea*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0281-7 DFG

*poſtea filtretur ſpiritus tinctus* ſacharo dulcorandus.

Imbecillitatem mentis corrigere dicitur, præterea urinam & menſes movet.

## Tinctura Jalappæ, *P. A. R.*

Recip. Radic. Jalappæ Reſinoſæ ʒiij. Cortic. Citri exter. rec. ʒj. cinamomi acutiſſ. ʒß. ſem. Aniſi ℈ß. Spir. Vini rectif. ℥ij. *Fiat infuſio per triduum in loco calido, poſtea fortis expreſſio, & filtratio.*

Suave eſt humoris ſeroſi catharticum. Doſi ʒj. adultis.

Si loco Radicum Jalappæ ſumitur ejus Reſinæ ʒj. gr. iiii. ad Spir. Vini rectif. ℥i. tum citius habebitur Tinctura, & certius innoteſcet, quot grana reſinæ ʒi. liquoris continet. Si etenim Spiritus Reſinam omnem ſolvit, tunc ʒj. ſpiritus continet reſinæ gr. viii. quæ ſufficiunt pro adultis.

## Tinctura Laccæ, *Mynſichti.*

℞. Gummi Laccæ ſubtil. pulv. ℥ß. Alum. uſti ʒij. mixtis affunde Aq. Lapid. Medicamentoſ. cum ▽. Salv. & Roſarum fact. ℔iij. *ſtent in digeſtione, donec perfectè tingantur, poſtea filtrentur, & tinctura rubicundiſſima ad uſum ſervetur.*

VIRES ad ſcorbutum oris ſunt ſatis expertæ, gingivarum enim laxitatem, putredinem, & fœtorem oris emendat, ac carnem amiſ-

amiſſam reparat. Si gingivæ frequenter fricantur hâc tinctura & abluuntur.

## Tinctura Lunæ, *Zwelfferi.*

℞. Argenti puriſſ. per ♄num purgati ℥iij. Spir. ⦶. opt. q. ſ. *ſalvatur argentum, poſtea ſolutionem abſtrahe in cucurbita vitrea, ad cuticulam, ut refrigerata in criſtallos ſive* ⊖*lum Lunæ convertatur, quod leni calore in patella vitrea ſiccetur; Pulveriſato huic adde* Salis armoniaci ſublimati duplum; *miſta relinquantur aliquandiu libero aëri expoſita, donec* colore cœruleo imbuantur; *tunc in cucurbitula ſublima in arena*, & ſic anima Lunæ per reiteratas ſublimationes cum novo ſemper ✱co evehatur, *poſtea verò per elixiviationem cum* ▽. *ſimplici â ſale rurſus liberetur:* Tunc vero per ſpiritum vini ſummè rectif. & ſale vol. microcoſmi eſſentificatum, repetitis affuſionibus Tinctura extrahatur; tandem ſpiritus omnis tinctus pauliſper abſtrahatur in MB. ad tres circiter uncias; cui ſi Cœruleus color diſparuerit, nonnihil ⊖. vel microcoſmi addatur, & tunc ſervetur Ra.

## Tinctura Martis ☿*ſata, ſive liquor* ♂.

℞. Limatur ♂. ☿i crudi pulv. ana ℔ß. *coque cum* ▽æ menſuris v ij. circiter *per plures horas ad mellaginem, ſubinde bacillo ligneo materiam agitando.* Poſtea affusâ denuo ▽ font. menſ. 2. vel 3. *ſtent in infuſione per noctem, tunc repetatur coctio ut prius, tandem filtra liquorem, & ad tertias evapora, ac affunde huic*

Spir.

Spir. Vini q. ſ. ita ut non nimis diluta fiat Ra, ubi parum præcipitatur, rurſus liquorem filtra & ſerva.

## Tinctura Martis, *Zvvelfferi.*

℞. ⊖-li ♂. & arcani ☿i ſicc. ana ℥j. *miſce in mortario vitreo, ac ſtent per aliquot dies, donec effloreſcant crocei floſculi, tunc adde* Spir. Vini & extrahe Ram, cujus Doſis eſt à gtt. x. ad xx. *Si augetur doſis, non raro vomitum ciet.*

VIRES medicamentis aliis ♂ialibus ſunt communes, aperientes ſcil. in obſtructionibus Hypochondriorum, meſenterii, menſibus ſuppreſſis, morbo virgineo, cachexia &c. in quocunque vehiculo.

## Tinctura Nephritica *Amelungi.*

℞. ⊕i. puriſſ. ☿i albi Mineræ ♁. Silicum pulv. ana ℔j. ✱ci ℥ij. Roris maj. q. ſ. *ut probè humectentur pultis inſtar, ſtent ita per longum tempus* 12. *præter propter ſeptimanas, quò longius, eò melius, ut probe invicem fermententur ac materia exſiccetur;* Tunc deſtilletur ex 🝭a tubulata, per vices injiciendo, & prodit liquor tinctus, odorem ſpiritus ✱ci referens, qui ſervetur.

VIRES prædicantur ceu ſpecificæ ad reſolvendas concretiones tartareas, arenuloſasque. Doſi ℈j ad ʒß.

## Tinctura Odontalgica *mihi familiar.*

℞. Roſar. Ligni Sancti, ℥ij. Saſſafr. ℥j. Rad. Pyrethri ℥ß. Fol. Nicot. ℥iij. ſerpill. Origani ana ℥ij. garyophyll.

phyll. ℈iſs Spir. Vini ſimpl, ℔ij. *ſtent in infuſione, & fiat Tinctura.*

Sedat dolores dentium, & ſtagnantes humores acres extrahit, ſi ejus aliquid in ore continetur.

## Tinctura Odontalgica, *Timæi.*

℞. Raſur. Ligni Sancti ℥j. Buxi ℥ß. ſem. hyoſciami alb. ʒiij. Fol. origan. ſerpill. ſalv. ana ʒij. cortic. inter. pini, ſambuc. ana ʒiij. Rad. pyrethri ʒij. ſantal. rubr. ʒiiß. caryophyll. ℥ß. Balauſt. ʒj. alumin. ℈ij. Opii ʒiij. Spir. Vini ex laudano opiat. reſidui q. ſ. ad eminent. 4. digitor. *Digerantur in* MB *per triduum, tunc filtrentur, in colatura diſſolve* Eſſent. Croci ʒß. Camphor. ℈j. m.

## Tinctura Proprietatis, *Mynſichti.*

℞. Spir. Aniſi ℥xvj. Elixir. Propr. Paracelſi ℥j. confect. alkerm. incompl. ℥ß. Flor. Tunic. rubr. ʒß. *ſtent in digeſtione, donec ſpiritus probe ſit tinctus, qui tunc filtratus ſacharo clarificato edulcoretur.*

In ventriculi imbecillitate, & cardialgia laudabile præbet medicamen. Doſi ʒj. ad ℥ß. vel cochlear.

## Tinctura Rhabarbari, *Rolfinc.*

℞ Rhabarb. Alex. ℥ß. ▽. cichor. ⊖. ♀. alb. ʒij. Rhabarbarum contuſum miſceatur cum ⊖i. ♀i. & *affundatur* aqua. *Sic in momento extrahitur Tinctura, ſtent vero per tempus in digeſtione, poſtea filtretur Tinct. & ſervetur.*

Vires ſunt inſignes in bile acida corrigenda,

genda, & obſtructionibus meſenterii & alvi ſolvendis. Doſi ℈j. ad ʒj. & ultra, mane cum juſculo.

## Tinctura Succini.

℞. Succini flavi ſubtiliſſ. triti ℥ij affunde ei liquor. ⊕ri fixi, ad humectationem *ſtent in calore, ut liquor ſenſim exſiccetur, tunc affunde eis* Spir. Vini rectificatiſſ. ℥xvj. *& in phiola probè clauſa ſtent per longum tempus, donec liquor probè videatur tinctus, qui ſervetur.*

Uſus eſt inſignis in Uteri, Renum & capitis affectibus.

## Tinctura Sulfuris.

℞. 🜍 flavi ℔j. fluat leni igne in tigillo, fluenti admiſce ⊖is ♁i pulv. per vices ℔ß. *& ſtent per tempus ſupra ignem, donec colorem hepatis nanciſcuntur. Tunc refrigeratis affunde* Spir. Vini rectif. menſ. j. *& ſtent donec ſpiritus eſt probè tinctus, hunc decanta & alium affunde, ac hoc reitera, quouſque ſpiritus non amplius tingitur.* poſtea ſpiritus ſuperfluus abſtrahatur, ut Tinctura remaneat.

Eſt egregium præſervativum à morbis contagioſis, peſte &c. item morbis pectoris medetur; Antequam Spir. Vini abſtrahitur, præbet menſtruum pro conficiendo *Elixirio Balſamico.*

## Tinctura Tartari.

℞. Salis ♁i depurati. q.v. *calcina fortiſſimo igne, donec cœruleum nanſciſcitur colorem, tunc reiteratis* Spir.

Vini rectificatiſſ. *affuſionibus extrahatur Tinctura;* tandem ſpiritus omnis tinctus abſtrahatur ad tertiæ partis remanentiam, quam ſerva. *Spiritus verò prolectus optimè inſervit pro ſpiritu vini* ♀*ſato.*

Vires obtinet egregias in viſcæ obſtructionibus tollendis, ac veſicæ & renibus deoppilandis &c.

## Tinctura Vitrioli Martis *P. Norimb.*

℞. Vitrioli Martis q. v. *calcina in tigillo ad rubedinem, tunc extrahe cum* Spir. Vini compoſito ex Spiritus Salis p. i. & Spir. Vini p. iij. per retortam rectificat. ) q. ſ. *filtra & abſtrahe in M. B. ad juſtam conſiſtentiam.*

## Tinctura Uterina.

*Semina* Chartæ involuta in vitreis vaſculis vel pixidibus ligneis rectè ſerventur.

*Succi*, *Liquores & aquæ deſtillatæ* in vitris aut vitreatis vel lapideis vaſis detineantur, *ſunt autem ſucci prius defæcandi*, & dein vitris anguſti orificii immittendi, *ſuperfuſo oleo amygdalino*, aut *oleo olivarum puriſſimo*, ne aer ſubintrans ſuccos corrumpat. Eodemque modo *Vinum Ribium Cydoniorum*, *Granatorum*, *Berberumque* aſſervari, ac in annum unum pluresque cuſtodiri debent.

*Syrupi*,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0329-8

*Syrupi ex ſuccis acidis* parati itidem in vitreis, & teſtaceis aut figulinis vaſis vitreatis ſerventur; In vaſis iidem vitreatis, aut lapideis coquantur; *in lebetibus* namq; *cupreis, aut aurichalceis cocti, non ſolum æruginem ſtatim ſapiunt, ſed & in pyxidibus ſtanneis aſſervati mineralem quandam noxam, ventriculo abominabilem & nocivam contrahunt.*

*Tabulæ, orbiculi* ac *confectiones ſolidæ* loco ſicco cuſtodiantur.

*Linimenta & unguenta* partim figulinis, partim ſtanneis pyxidibus concludantur.

*Species Aromaticæ* coriaceis ſacculis, vel potius in vitreis aut eburneis vaſculis ſerventur.

*Condita, Conſervæ, Electuaria, looch &c.* magis figulina, quam ſtannea vaſa expetunt.

*Aquæ deſtillatæ, volatilia & ſimilia,* locum frigidiuſculum requirunt; *Salia alcalia* calidum &c.

Cum

Cum etiam medicamina ſuum durationis habeant tempus, & nonnulla citius exoleſcant & corrumpantur, alia diutius incorrupta perſtent, hoc probè notandum. Sic

Communiter *Herbas, Flores ac ſemina*, præſertim *frigida minora*, itemque *Radices tenuiores* quotannis mutare convenit.

*Semina* verò *calida, acria, aromatica*, nec non radices craſſiores aut denſæ, per duos treſve annos ſalvis viribus perdurare poſſunt; uti & fructus nonnulli exotici *Myrobalani, Nux Indica, Nux vomica* &c.

*Syrupi* ſimplices, *Mella & Rob*, ſingulis annis commutanda.

*Compoſiti* verò *Syrupi*, præſertim *aromatici*, ad biennium perdurant.

*Conſervæ & Looch*, præcipuè quæ amygdalas, pineas, & ſemina frigida rancori obnoxia recipiunt, vix ultra annum durant.

*Condi-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0331-4
DFG

*Condita* verò pleraque, præſertim *cortices*, duos, tres aut plures annos ſine virium perditione ſubſiſtunt.

*Aquæ deſtillatæ* ſingulis annis exoptantur recentes, exceptis nonnullis aromaticis.

*Unguenta*, *Cerata* & *Emplaſtra* vix ad ſeſquiannum vires ſervant integras, ubi è contra

*Theriaca* & *Mithridatium* tringinta annos in ſua bonitate ſubſiſtunt.

*Oleum Amygdalarum*, aut è *pineis expreſſum*, vix ultra duos menſes, abſque rancoris nota ſervatur, ut intus ſumi queat.

*Olea deſtillata aromatica* tres & plures annos vires retinent.

*Olea frigida* anni unius curſum obeunt.

*Electuaria lenitiva* intra annum imbecilia fiunt, cum ſolutivorum virtus ad ſeſquiennium perduret.

*Hieræ* autem & *amara Electuaria* ad duos annos pertingunt.

*Species Aromaticæ* ſingulis annis, vel ſeſquiennali periodo renovari poſtulant.

*Anima.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0332-0

*Animalia & eorum partes*, quam diu incorruptæ ſervantur, vires obtinere creduntur. Id quod & de omnibus modo enumeratis, ſimplicibus & compoſitis intelligendum; cum *quædam citius, quædam tardius corruptionis terminum ſubeant*, prout vel negligenter, vel majori cum ſtudio præparata vel repoſita, & ab aëre defenſa fuerunt.

Cum etiam accidat, ut in præſcribendis remediorum formulis Medicus ſimplex aliquod ponat ſolo nomine, absque ſexus, loci, formæ, magnitudinis &c. delectu, unde dubium oriri poſſet, an Radix, an ſemen, vel folia aut flores recipiendi: notandum ſemper recipi debere id, quod in eo medicamenti genere optimum eſt: *v.g.* Si præſcribatur ſimpliciter.

| | | |
|---|---|---|
| Abſinthium, | *ſumatur* | *Ponticum.* |
| Acetum | | *ex vino.* |
| Agaricum | | *album & fœmineum.* |



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0333-6

Agnus caſtus *ſumatur ſemen ejusdem.*

| | |
|---|---|
| Aloe | *Socotrina.* |
| Alumen | *Sciſſile.* |
| Amomum | *Scythicum.* |
| Ammi | *Illyricum aut Ægyptiacum.* |
| Ariſtolochia | *Rotunda.* |
| Balſamum | *Opobalſamum vel ejus ſuccedaneum.* |
| Bryonia | *Alba.* |
| Calamintha | *Montana.* |
| Capparis | *Radicis cortex.* |
| Cardamomum | *Minus.* |
| Centaurium | *Minus.* |
| Cichorium | *Sativum.* |
| Corallium | *Rubrum.* |
| Coſtus | *Amarus.* |
| Cupreſſus | *Conus ejusdem, ſi adſtringendum.* |
| Daucus | *Semen Dauci Cretici.* |
| Dictamnus | *Creticus.* |
| Eruca | *Sylveſtris.* |
| Gummi | *Arabicum.* |
| Granatum Pom. | *Acidum.* |
| Helleborus | *Niger.* |
| Hepatica | *Lichen.* |
| Hyoſcyamus | *Albus.* |
| Hyſſopus | *Montana.* |
| Iris | *Illyrica vel Florentina.* |
| Lilium | *Album.* |

| | |
|---|---|
| Marrubium *ſumatur* | *Album.* |
| Medulla | *Cervina vel vitulina.* |
| Mentha | *Rubra hortenſis vera.* |
| Nymphæa | *Alba.* |
| Oleum | *Olivarum.* |
| Opium | *Selectum & optimum.* |
| Paſſulæ | *Minores Corinthiacæ dictæ.* |
| Papaver | *Album.* |
| Pœonia | *Maris ſemen aut radix* |
| Petroſelinum | *Macedonicum.* |
| Piper | *Album.* |
| Pix | *Liquida in ſuppurantibus, ſicca in glutinantibus.* |
| Plantago | *Major.* |
| Polipodium | *Quercinum.* |
| Prunum | *Damaſcenũ vel Hungaricum.* |
| Reſina | *Laringa aut Thereb.* |
| Rhus | *Cortex fruct. Sumach.* |
| Roſa | *Rubra.* |
| Santalum | *Citrinum.* |
| Scordium | *Creticum.* |
| Scorzonera | *Sativa.* |
| Spica | *Indica.* |
| Stœchas | *Flos.* |
| Styrax | *Calamita.* |
| Sulfur. | *Vivum.* |

| | | |
|---|---|---|
| Thymus | ſumatur | *Creticus.* |
| Veronica | | *Mas.* |
| Viola. | | *Nigra ſeu cœrulea.* |

Cum etiam uno ſub titulo plura ſimul comprehendi queant ſimplicia, ea probè notanda. Sic talia ſunt

Quinque Herbæ emollientes. { *Malva.* *Althæa.* *Violaria.* *Mercurialis.* *Parietaria.*

His alii adnumerare ſolent *Brancam Urſinam, Betam & Atriplicem.*

Quatuor Semina calida majora. { *Aniſi.* *Fœniculi.* *Carvi.* *Cumini.*

Quatuor Semina calida minora. { *Ammeos.* *Amomi.* *Apii.* *Dauci.*

Quatuor Semina Frigida majora. { *Cucumeris.* *Cucurbitæ.* *Citrulli.* *Melonum.*

Quatuor

| | |
|---|---|
| Quatuor Semina Frigida minora. | *Endiviæ.*<br>*Scariolæ.*<br>*Lactucæ.*<br>*Portulacæ.* |
| QuinqueRadicesAperientes majores. | *Apii.*<br>*Fœniculi.*<br>*Aſparagi.*<br>*Petroſelini.*<br>*Ruſci.* |
| QuinqueRadicesAperientes minores. | *Graminis.*<br>*Rubiæ.*<br>*Eryngii.*<br>*Capparis.*<br>*Ononidis.* |
| Quinque genera Myrobalanorum. | *Citrinæ ſeu flavæ.*<br>*Chebulæ.*<br>*Indi ſeu Nigræ.*<br>*Emblicæ.*<br>*Bellirica.* |
| Quatuor Flores cordiales. | *Borraginis.*<br>*Bugloſſi.*<br>*Roſarum.*<br>*Violarum.* |
| Fragmenta quinque Lapidum pretioſor. | *Saphyri.*<br>*Granati.*<br>*Smaragdi.*<br>*Hyacinthi.*<br>*Carneoli.* |



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0337-9

| | |
|---|---|
| Quinque Herbæ capillares. | *Capillus Veneris.*<br>*Ruta muraria.*<br>*Polytrichon Aureum.*<br>*Trichomanes.*<br>*Ceterach.* |
| Quatuor Aquæ Pleuriticæ. | *Cardui Mariæ.*<br>*Benedicti.*<br>*Taraxaci.*<br>*Scabioſa.* |
| Tria olea ſtomachica. | *Abſynthii.*<br>*Cydoniorum.*<br>*Maſtichinum.* |
| Quatuor Unguenta calida. | *Aregon.*<br>*Martiaton.*<br>*Altheæ.*<br>*Agrippæ.* |
| Quatuor Unguenta frigida. | *Album Camphoratum.*<br>*Roſatum Meſues.*<br>*Populeum.*<br>*Infrigidans Galeni.* |

Accidit

Accidit etiã perſæpè, ut in defectu alicujus ſimplicis aliud eligendum, vel aliud viribus æquipollens ſubſtituendum: Cum verò hoc Medico competat, neque ìs ſemper ad manꝰ ſit, hinc ut Pharmacopœus aliqualem normam habeat, ſequentia probe notet,

| & pro | *ſubſtituat* |
|---|---|
| Acacia | *Hypociſtidem, vel ſuccum prunorum ſylveſtrium.* |
| Acantho | *Malvam.* |
| Ammi | *Aniſum.* |
| Amomo | *Calam. aromaticum aut grana Junip. &c.* |
| Ammoniaco | *Bdellium.* |
| Amygdal. amaris | *Nucleos Perſicorum.* |
| Ariſtoloch. rotund. | *Longã vel Piſtolochiam.* |
| Aſpalatho | *Lignum Aloes.* |
| Balauſtio | *Malicorium.* |
| Cardamomo | *Cyperum.* |
| Carpobalſamo | *Cubebas.* |
| Caſſia Lignea | *Cinamomum.* |
| Citri ſucco | *Succum Limonum.* |
| Coſto | *Zedoariam vel Angelic.* |
| Dictamno | *Scordium.* |

Doro-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0339-3
DFG

| Pro | ſubſtituat |
|---|---|
| Doronico | *Galangam cum parte cort. citri.* |
| Folio | *Macim & Cyperum p. æq.* |
| Galbano | *Sagapenum.* |
| Herba Paris | *Umbilicum ♀. vel ſedum minus.* |
| Lacca | *Styracem.* |
| Lapide Armeno | *Lapidem Lazuli.* |
| Mandragora | *Hyoſcyamum, papaver, ſolanum.* |
| Meo | *Angelicam, vel oſtrutium.* |
| Oeſypo | *Medullam cruris vituli.* |
| Omphacio | *Succum granatorum aut Ribium.* |
| Opobalſamo | *Oleum Nucis Moſchatæ.* |
| Opopanace | *Ammoniacum vel Galbanum.* |
| Oſſe cordis Cervi | *Corn. Cervi crudum.* |
| Phu | *Valerianam.* |
| Rhapontico | *Rhabarbarum ſelectum.* |
| Saxifragia | *Pimpinellam.* |
| Terra Sigill. Lemnia | *Terram ſigillatam Sileſiacam.* |
| Xilo Balſamo. | *Lignum Aloes.* |

(o)

De

# De Simplicium Quorundam Delectu.

*Simplicia alia ſapore, alia pondere aut levitate probantur: Alia colore, alia odore ſe commendant, &c.*

Abſynthium. Modo latifolium ſive vulgare expetitur, modo *Tenuifolium*, melioris diſtinctionis gratia *Ponticum vocatum*; *præfertur vulgare noſtrâs Pontico.*

*Eſt ſtomachicum, hepaticum & ſpleneticum, hinc ſpecificum anticachecticum & antihydropicum &c.*

Acacia. Eſt ſuccus expreſſus ex ſiliquis immaturis ſive lobis, caſſiæ fiſtulæ reſpondentibus, qui *ſunt fructus ſpinæ Ægyptiacæ acaciæ dictæ*; ſuccus hic in globularem formam redactus & tenuibus veſiculis incluſus ad nos defertur.

*Eligatur verò mundus, internè nitidus, colore ex nigro ſubrubeſcens; ſapore gratè adſtringens.* Cum verò rarò ad nos deportetur, vel planè



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0341-0

ſicca & inutilis ſaltem, ſubſtituitur ut pluri-
mum pulpa ſive ſuccus prunorum ſylveſtri-
um expreſſus & inſpiſſatus, *Acacia Germani-
ca* dictus.

*Uſus ejus potiſſimum fluxibus alvi dicatus eſt.*

Agallochum ſive *Lignum Aloes* deſumitur ab arbore peculiari, oleam repræſentante, in variis Indiæ Orientalis regionibus obvia. Olim rarius ad nos deportatum fuit hoc lignum ob periculum, quod collectoribus inſtabat à *Tigride* & aliis belluis ferociſſimis; ſed cum loca illa nunc magis habitata ſint, ſecurior ejus collectio uberiorem ad nos tranſmiſſionem reddit. Optimum tamen in Curioſorum & Magnatum Scriniis reperitur. *Melioris verò notæ illud eſt, quod eſt ſolidum, compactum, ponderoſum, ſuavem, ſi fricatur, odorem ſpirans, ſapore aromatico & ſubamaro præditum, nigro purpureum, & quod accenſum non adeo prompte deflagrat, & reſinoſi humoris plurimum exſudat.* Improbatur leve, carioſum, albicans, quod flammam ſtatim concipit, vel fractum pulverem dimittit. *Diſtinguitur* inter alia *ab Aſpalato*, quod hic in ignem conjectus flammam facilius concipiat, inque cineres abeat;

Agallochum autem reſinæ inſtar prunis impoſitum primo liqueſcat, antequam combura-

buratur, & præterea colore ad fuſcedinem magis inclinet.

*Ob Balſamicam ſuam ſubſtantiam, & aromaticum ac ſubamarum guſtum, confortat cerebrum, calefacit, ſiccat & adſtringit.*

Agaricus ab *Agaria Sarmatiæ regione* nomen habens eſt Fungus plerumque Sarlci adnaſcens. *Eligatur verò ille quem fœminam vocant*, qui eſt *candidiſſimus, levis, rarus, friabilis, primo guſtu dulcis, mox amarus & ſtipticus.*

Improbatur mas, qui gravis eſt, compactus, durus & lignoſus ac nigricans, fractus longas venas & nervos habens, facile tamen ab hoc & aliis arborum fungis diſtinguitur colore & pondere.

Optimum olim ex *Sarmatia Alexandriam*, & inde *Venetias*, ad nos devehebatur, nunc verò montes *Delphinatus in Gallia*, item *Tridentini*, nec non *Rhætorum*, *Vindelicorum* ac *Noricorum tractus* ſat copioſum & laudabile nobis ſuppeditant.

*Alvo laxandæ dicatus eſt, ſed cum ſtomacho non adeo ſit amicus, ac nauſeam creare ſoleat, ſolet corrigi Zingibere vel caryophyllis.*

Alcanna. Eſt Radix rubicunda, ſimilis radici rubiæ tinctorum. Planta ejus *Proſpero*

*Alpino Liguſtrum Ægyptiacum dicitur*; confunditur vulgo cum *Radice Anchuſæ*.

Aloes. Tres ad nos devehuntur ſpecies, *Succotrina*, quod ex Inſula Soçotora; *Hepatica*, hepatis inſtar denſata & colorata: & *Caballina*, quod quaſi Aloes quædam fex Veterinariis inſerviat.

Prægnantiſſima eſt Succotrina, quæ eſt *pinguis*, *glutinoſa tranſparens, ex rubro rufa, hepatis modo coacta, boni odoris myrrham æmulantis, ſincera, friabilis digitis, arenarum & calculorum expers, facilè liqueſcens, & eximiæ amaritudinis.* Hepatica non tam boni odoris eſt ut Socotorina, ac nigrior fractuque contumacior. Improbatur verò nigra, difficulter liqueſcens & fractu contumax.

*Quoad vires ruditatibus acidis corrigendis & eliminandis conducit, ut amara; hinc ſenum ventriculis amica eſt: Humoribus verò tenuibus, & leviter ebullientibus præditis nocet, ſanguinem enim fervidiorem reddit, & hinc ſingulari fermentatione humoribus inductâ, venarum hæmorrhoidalium oſcula aperit, & ad ſanguinis excretionem irritat quandoque.*

Alumen Plumoſum. Eſt ipſe *lapis Amianthus*, ſaporis acris, & in igne incombuſtibilis: Cum hoc quoad figuram externam convenit Alumen ſciſſile, verùm diſtert

toto

toto genere viribus, quia adſtringit, & igni impoſitum conſumitur.

Ambra bituminis quoddam genus, eſt ex imis maris fontibus vel alveis avulſum, & vi undarum in littus eructatum, ubi aeri expoſitum, ut ſuccinum indureſcit.

*Optima cenſetur odoratiſſima, gryſea, ſordibus carens, ferè marmoris inſtar ex venis nunc cinereis, nunc candicantibus, variegata, vel in fundo ſubfuſco aut rufo, punctula gryſei coloris oſtendens, levis, pinguis, & acu calente perfoſſa plurimum ſucci oleoſi exſudans.* Improbatur è contra, quæ eſt nigra, vel candida, odore languida, ac multis quisquiliis permiſta.

Quod ſi avium roſtra, & conchilia permiſta habeat, non rejicienda omnino erit, dummodo cæteras bonitatis notas oſtendat, & ſi in uſum trahitur, heterogenea ſtudioſè ſeparentur: *ſæpè adulteratur Gypſo, Ligno Aloes, &c.* aſt fraus ex colore & odore facilè ſe prodit.

*Conducit ambra ad ſpiritus confortandos, hinc in Apoplexia, vertigine, lipothymia &c. ſummis celebratur laudibus, internè data, & externè odorata: Sic & ad vitam prolongandam admodum conducere perhibetur.*

Ammi, quaſi arena, cum admodum parvum ſit, ſive *Cuminum Æthiopicum*, ſemen cu-

mini vulgare noſtrum quodammodo forma externa repræſentat, aſt *ſapore differt,* & *magnitudine, quæ in Ammi longè minor eſt.* Præterea odoratum, aromaticum & acre, ſapore originanum aliqualiter refert; ſicque recens, vegetum, & purum eſſe convenit.

Advehitur ſemen hoc perpuſillum ex *Alexandria Venetias*, & inde ad nos.

*Vis ejus alexipharmaca eſt, carminativa & emmenagoga, ac ad fluorem album, teſte* Simone Pauli, *admodum conducit. vid.* Clav. Hoffmanni in Schröd. p. 408.

**Ammoniacum.** Probatur bene coloratum, ſive *albiſſimum in ſuo genere*, Ligni, Calculorum, ac aliarum ſordium expers thuris ſimilitudine, minutis glebis, denſum, ſincerum, odore galbanum utcumque referens, & guſtu amarum; Eſt autem plantæ ferulaceæ ſuccus, quæ *in Africa* provenit juxta *Ammonis Oraculum.*

*Quoad Vires eſt ſpecificum ſpleneticum, & ſingulare aperitivum in mucilagine viſcoſa & ♀rea in pulmonibus & hypochondriis reſolvenda.*

**Amomum.** Vexatiſſimum apud Botanicos vegetabile eſt, & à multis inter ignota hactenus repoſitum fuit, cui hic galangan

majo-

majorem, alter garyophyllos ſubſtituit aut cinamomum. Aſt nunc ſatis id cognitum eſt, & vulgo *Amomum racemoſum vocatur.* Eligatur verò id, *cujus grana ad purpureum colorem accedunt*, quæque gravia & vegeta ſunt ſive plena, non carioſa, aromatici odoris & ſaporis. Hinc rejiciantur nigra, rugoſa, & exſucca, & ſapore ac odore obſoleta.

*Semen hoc quatuor ſeminibus calidis vulgò adnumerari ſolet in officinis.*

Anacardium. Eſt fructus arboris cujusdam provenientis in *Sicilia*, & *Indiarum Provinciis Cambaja, Decan, Calicut, Cananor.* Dicitur anacardium ob ſimilitudinem, quam cum corde habet; vulgo vocatur Elephanten-Laus.

*Vires obtinet Cephalicas, hinc memoriam à cauſa frigida debilem confortat, & reliquos ſenſus acuit.*

Anime, ſive *Gummi Amine*, juxta *Borrichium*: Eſt lachryma *ex arbore Jetaiba* inciſa *in India occidentali* ſtillans, gratiſſimi ac ſuaviſſimi odoris, ac pinguis, unde flammis injecta protinus conſumitur: præterea *alba eſt & pellucida ad thuris colorem nonnihil vergens*, ac confracta luteum colorem oſtendit inſtar reſinæ. *Datur etiam Orientale Anime gummi*, aſt hoc non tam

candidum, nec tam lucidum eſt, teſte *Monarde.*

*Affectibus omnibus nervoſi generis vi ſuâ balſamica & aromatica prodeſt, Emplaſtri forma, vel & ſuffitu applicata.*

Ariſtolochiæ plures dantur ſpecies, utpotè longa, rotunda, clematitis & piſtolochia. Etſi verò ex his nulla ratione virium præ alia ſingularem prærogativam obtineat, tamen Charas Piſtolochiam præ reliquis ad Theriaces compoſitionem eligit.

*Quoad Vires omnis Ariſtolochia eſt thoracica, uterina & vulneraria. Rotunda tamen vehementius attenuat; hinc in menſibus ſuppreſſis, in aſthmate ſcorbutico ad mucilaginem tartaream reſolvendam, ac ad impediendam phthiſin poſt hæmoptoën egregiè conducit. Externè decoctum ejus cum ▽. Veronicæ factum, & cum petiis applicatum, miræ eſt efficaciæ in tibiarum Ulceribus ſanandis.*

Aſa dulcis officinarum, eſt Benzoinum, olim *Cyrenaici* Laſerpitii lachryma, nunc ex *Java Inſula* ad nos devehitur:

*Probatur autem durum, compactum, translucens, albis diſtinctum unguibus aut glebulis, unde & amygdaloides dicitur*, quod quaſi amygdalas decorticatas in ſe contineat, rubeſcens, odore grato, fragrantique, Xyloaloes quodammo-

dammodo odorem referens, nec hetero-
genea continens.

Adulteratur reſina, Thure Maſculo ac ſtyrace ſimul mixtis, ſed odor longè eſt diſſimilis, & color maculis non eſt variegatus.

*Conducit optimè in aſthmate, catarrhis &c. ac ad ſuffitus, ad Ram & Lac Coſmeticum inde conficiendum.*

Aſa fœtida. Eſt ſuccus cujusdam plantæ *Perſicæ*, inter *Gamron & Laram* magna quantitate provenientis. *Bontius* duo ejus genera deſcribit, & ejus collectionem tradit *lib*. 1. *Med. Ind.* Ob tetri halitus graveolentiam Germanis vocatur Teuffels-Dreck / *Sylvaticus* propterea illud inter venena reponendum eſſe putavit: Interim *Garcias ab Horto* refert, *Indos* eam in deliciis habere, in condiendis cibis, confricato ea ante cocturam lebete; nec mirum, cum etiam plurimi noſtrorum allio, cæpis ac ſimilibus fœtidis cum appetitu veſcantur.

Eligatur verò, quæ ſagapenum aut porrum redolet, & cujus color vergit ad rubedinem, ac ſplendet & myrrham refert, quæque facile diſſolvitur in album colorem.

*Specificum hyſtericum eſt in uteri ſuffocatione, internè & externè adhibita.* Javanis & Malajis *in cibis condiendis adeò arridet, ut propterea ex præcipuis ſit mercibus, quæ per Indiam diſtrahuntur.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0349-9

Aſpalathus Lignum eſt *cum Agallocho tantam habens adfinitatem*, ut quandoque ægrè ab hoc diſcernatur; Lignum tamen Aſpalathi multo tenerius eſt, quam Lignum Aloes, nec ita nodoſum; provenit in *Syria*, *Iſtria* aut *inſula Rhodo*. Optimus eſt ponderoſus, denſus, odoratus ac guſtu amarus, detracto cortice rubeſcens. In ejus defectu commodè ſubſtituitur Lignum Aloes, aut ſantalum citrinum.

Aſphaltum ex *Phœnice*, *Babylone*, *Sidone* ac *Mari Mortuo* delatum, puriſſimum & lucidum ac ſplendens ſit, oportet: Præterea gravem & validum odorem rutaceum vibret, ſubſtantia mediocriter compacta, levi, fragili, & colore obſcurè purpureo præditum. Adulteratur pice admixta, deprehenditur verò fucus, ſi citius quam par eſt liqueſcit, ac ſordidum eſt. Optimum *in lacu Sodomæo*, & vicina regione reperitur, unde & Bituminis Judaici nomen obtinuit.

*Scaturit etiam in Oceano ſeptentrionali*, à quo in *Hiſpaniæ novæ* littora decurrit, ubi liquidum, & in laminis quandoque, bina paſſuum milliaria longis, ſpithamas verò duas vel tres craſſis, reperitur, propterea in illis regionibus vili veniens pretio.

*Mexi-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0350-0

*Mexicanæ mulieres id paſſim maſticant & in ore retinent, ad dentes nitidos reddendos.*

Balſamum Verum. Sive *Opobalſamum, Verum Balſamum Syriacum*, aut *Balſamum de Mecha*, defluit ex fiſſuris ramorum cujusdam fruticis perpetuo virentis, & fructum gerentis figura & magnitudine terebinthi fructui non abſimilem.

Balſamum hoc colore ab initio eſt album ſive lacteum turbidum, uti oleum recens ex olivis expreſſum, poſtea clareſcit & tenuiſſimum fit, tandem therebinthinæ in modum craſſeſcit: *Odore ſuo acutiſſimo, aſt cum ſuaviori odoris fragrantia, therebintinam æmulatur*, cum ſapore amariuſculo & acri.

Aquæ inſtillatum, non deſidet recens, ſed cum ea miſcetur, paulo poſt verò rurſus concreſcit, ut coagulatum ſeparari queat denuo.

VIRES *pro ratione ætatis variant, recens igneis & aëreis abundat particulis, ac conducit affectibus Renum in ſpecie. Externè citiſſimè vulnera conſolidat.*

Balſamum Copaivæ quoad colorem, & ſaporem Balſamum verum æmulatur. Eſt inſigne Balſamum vulnerarium, ac *in Gonorrhæa* vires obtinet non vilipendendas.

Balſa-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0351-6 DFG

**Balſamum de Tolu.** Eſt coloris rubei ad aureum vergentis, mediæ conſiſtentiæ inter liquidum & denſum, valdè glutinoſus & firmiter adhærens, ſaporis grati & odoris excellentiſſimi, Jaſmino non adeo abſimilis, ſi volæ manus infricatur.

*Eſt inſigne Balſamum Vulnerarium & Nervinum.*

**Balſamum Peruvianum**, colore non longè differt à *Balſamo de Tolu.* Eſt coloris nigro-rubentis, odoris ſuaveolentis, ſtoracis calamitæ odori non adeò abſimilis.

VIRES *hujus, ut omnium Balſamorum nativorum, ſunt vulnerariæ & nervinæ.*

vocatur hoc Balſamum Indicum alterum, ſive vulgare, nigrum, ex ſegmentis trunci confectum. Aſt ex ejusdem arboris cortice ſauciato quod ſtillat, limpidum eſt & ſubalbidum, non multum abſimile *Opobalſamo vero ſive Arabico.*

**Bdellium.** Eſt Gummi Reſinoſum, promanans ex arbore ſpinoſa, nigra, oleæ proceritate, folio robuſto, fructu caprifici, nec minus ſuavi; provenit autem arbor hæc utplurimum in *Media*, & *Arabia*.

Eligendum verò gummi ejus *tranſlucidum, cum frangitur, pingue cum fricatur & incenditur,*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0352-2
DFG

*ditur, ac odorum, ceræ inſtar flavum, & guſtu amarum, ſordium expers, facile molleſcens, & albis maculis, ungui humano ſimilibus, refertum.*

Improbatur dehinc, quod eſt nigrum, ſordidum, in offas convolutum. Adulterari ſolet cera; ſed fraus odore ac guſtu innoteſcit, neque enim tam amarum eſt, nec tam odorum.

*Reſolvit durities, & diſcutit, tumores, ac Herniis opitulatur, nervorumque nodos ac durities emollit. Internè datum menſes movet, & calculos pellit.*

Ben, Græcis *Balanus Myrepſica*, Latinis *Glans unguentaria:* Eſt fructus triangularis formæ, cordicis pallidioris, tenuioris, lenis, & fragilis, cujus ſubſtantia alba eſt, ex hâc exprimitur oleum album inodorum, quod longo tempore abſque corruptione, & abſque rancore perſeverat, & odori grato florum ſuſcipiendo aptiſſimum eſt, vocaturque vulgo *Oleum Balaninum.*

Bezoar. Lapis vel Orientalis eſt, vel occidentalis. Orientalis utplurimum ex *India* & *Perſia* ad nos derivatur: Occidentalis ex *Americæ Provincia Peru* adportatur.

Eſt vero Lapis in Cervi capræ Orientalis ſtomacho concretus, in quo continetur folliculus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0353-7 DFG

culus piloſa carne conſtans ſpithamæ longitudine, in quo lapides ordine inſtar parvorum nodulorum in tunica teſſelatim comprehenduntur.

Capra non abſimilis eſt capræ Europœæ, niſi quod erecta & longiora habeat cornua, ac quædam ex iis verſicolore ſint pelle tygridis inſtar. *Hæc capra, prout magnum aut parvum gerit lapidem, vel unum aut plures, eo tardius vel citius incedit, id quod Perſis & Armenis benè notum eſt.*

Caprarum dictarum copia paſcitur in campis *Perſiæ* trium dierum itinere ſupra *civitatem Laar*, in quibus campis naſcitur herba croco ac hermodactylis non abſimilis, ex cujus ut & aliarum ſalutiferarum herbarum eſu in ventriculis caprarum concreſcere creditur lapis hic.

*Bontius* etiam in ventriculis *Simiarum* lapidem hunc aliquando inveniri dicit, ac aliis præſtantiorem eſſe.

Lapis *legitimus* & non adulteratus *levibus, glabris & friabilibus laminis conſtat, ſibi ipſis cæparum inſtar ſtrictè adhærentibus, ſed ad viſum diſtinctis, & interius etiam externæ laminæ colorem, ſplendorem, & ſubſtantiam referentibus.*

In meditullio concavus eſt, in quo vel pulviſculus, vel parvum cinereum granulum,

aut

aut paleæ tenuis feſtuca, vel ſimile quidpiam reperitur, nec unquam deeſt niſi in adulterinis. *Laudatur inter Orientales ille, qui è nigro vireſcit, olivæ inſtar, & mediocris vel minoris eſt magnitudinis;* quique in charta, quæ creta prius confricata fuit, fricatus, viridem colorem relinquit.

Adulteratus corticibus deſtituitur, ac ſi aliquot horis aquæ immergitur, tunc verò exemptus, vel de ſuo pondere quid amiſit, vel eo ponderoſior factus fuit.

*Occidentalis Bezoar. ſubcinereum habet colorem, & longè gravior eſt Orientali*, neque ut hic ſplendet, ſed *ſuperficiem obtinet ſcabram*, ac cruſtas habet craſſiores & gypſeas, quæ fractæ minutas quasdam ſtrias, artificioſo naturæ opificio ſe ſe mutuè complectentes, obtinet, cum è contra adulterini, qui ex paſtâ quâdam efficti ſunt, radios eos haudquaquam contineant.

*Lapis hic ex Occidentali cervi capra deſumitur*, ac Orientali utplurimum major eſt. *Bartholinus* talem lapidem vidit *humanum caput æquantem, rotundum, coloris ſubfuſci, glabrum ac nitidum*, venditori 6000. Imperialibus haud venalem.

VIRES: *Nullum dubium eſſe*, Hoffmannus in clave Schröd. *ait, hunc Lapidem adverſus Febres malignas & venena hauſta magnæ eſſe efficaciæ, modo ſit genuinus, & ex paſtis herbis ſaluberri-*

*berrimis enatus. Cum verò non omnes herbis ſalubrioribus ortum debeant, hoc verò difficile ſit cognitu, hinc & effectum ſæpè irritum huic cauſæ adſcribunt. Doſis propterea item non adeò eſt certa, cum alii ad grana x. & xij. alii ad integram drachmam exhibuerint.*

Bombacis ſemen eligatur recens, quamdiu medulla vireſcit; ſicut in piſtaciis, & tum eſt calidum, humidum, odoris ſuavis, inſtar amygd. d. aut nucl. pini.

Buniadis ſemen ſive *ſemen Napi*, vel domeſticum eſt, vel Sylveſtre.

Etiamſi verò inter hæc parum interſit diſcriminis vel quoad formam aut vires, tamen *ſunt, qui buniadem agreſtem domeſtico præferunt*, ex eo quod plantæ ſponte provenientes excultis plerumque præſtantiores ſint.

Cum verò Buniadis ſive *napi ſylveſtris plures* ſint *ſpecies* hinc *ea eligenda, quæ maximè accedit ad ſemen napi domeſtici*, quod videlicet craſſiuſculum eſt, rotundum, coloris ad purpureum fuſcum vergentis, ſaporis acris & mordacis.

Colligendum verò ſemen, dum perfectè maturum eſt; evellitur verò tunc integra planta è terra, & in ſole exſiccatur, tunc ſiliquæ manibus atteruntur ſuppoſito linteo mundo; & ſemen mundatur.

Cala-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0356-5
DFG

Calamus Aromaticus hodiernus officinarum *eſt verus acorus veterum*, eſtque radix. *Dioſcoridis* verò Calamus erat juncus ſive folium arundinis in *India & Arabia* provenientis.

*Calamus verò aromaticus hodiernus Indorum* eſt radix, ſed nec galanga nec acorus: *foliorum tamen ratione ad gladioli ſpecies omnia referuntur. Hoffmannus* monet, Galangam conditam pro acoro Indico vendi.

Acorus verus ſive Calamus noſter aromaticus folia habet Iridi ſimilia, ſed anguſtiora, & radices non abſimiles, ſed perplexas & obliquas, albas & in ſuperficie geniculis diſtinctas, gaudet ſolo paluſtri.

VIRES *ejus ſunt ſtomachicæ inſignes, excitat appetitum languidum & cruditates acidas digerit, ac dyſenteriæ medetur, præſervatque à Febribus malignis epidemicis; paratur ex eo egregium Electuarium Diacori dictum, ut & extractum in ventriculi affectibus, & catarrhis frigidis admodum ſalutare. Doſi* ℈ß. *ad* ℈j.

Camphora eſt lachryma ex meditullio arboris magnitudine ſalici reſpondentis; optima cenſetur, quæ *in Inſula Borneo* colligitur, quæ tamen ad nos rarò deportatur.

Ad nos verò deveniens *Sinica & Japonica* eſt. In *Inſula* tamen *Zeilan* etiam colligitur camphora ex arbore cinamomi.

Non verò artificio elicitur ex arboribus dictis, ſed *ex meditullio ligni per rimas exſudat granulata*, quæ poſtmodum ſingulari artificio in panes orbiculares cogitur.

Præſtantiſſima eſt candida, perlucens, pura, friabilis, & valde odorata, ac pani calido impoſita madeſcens. Improbatur verò nigra, fuſca, aſſulis ligni ſui implicata.

Servari vulgo ſolet, ne conſumatur, in *thecis ſemine lini* adjecto, vel *piperis granis*, *melius* tamen aſſervatur *in vitro probè clauſo*, aëris aperti agitationem impediente.

VIRES *ſunt inſignes:* Eſt enim ⊖. volatile oleoſum præſtantiſſimum, *quod in Febribus malignis egregiè acidi coagulantis ſpicula obtundit: ac hinc Tincturæ Bezoardicæ ferè principalius eſt ingrediens.*

*Sic & inſigne eſt ſuffocationis Uterinæ remedium illis, quibus odor gravis non eſt infeſtus.*

*Præterea eſt potentiſſimum reſolvens externè in Empl. vel cum oleis aut ſpir. vini ſoluta & applicata, in doloribus arthriticis, Tumoribus duris, ſcirrhis reſolvendis &c.*

Caranna, Eſt Reſina duriuſcula & tenax, abſque multa agglutinatione Tacamahacæ ſimilis, niſi quod ſit paulo odoratior, ſplen-

ſplendidior, liquidior & denſior. Affertur ex *Novæ Hiſpaniæ Provincia*, ubi ex vulnerata arbore elicitur, atque illinc foliis latis & nervoſis arundinaceorum foliorum involuta ad nos defertur.

*Viribus Tacamahacam ſuperat: Præcipuè in tumoribus inveteratis diſſolvendis excellit, nervorumque dolores & vulnera ſanat.*

Cardamomum. Eſt ſemen plantæ arundinaceæ in India Orientali naſcentis, Amomo facultate cognatum ac viribus affine; *duplex in officinis habetur;* majus nimirum ac minus: *Majus vocatur granum paradiſi;* Minus ſimpliciter ita dictum officinarum eſt cardamomum. *Probatur utrumque angulosum, frangenti contumax, mundum, non pulverulentum*, ſiccum, acri ſapore linguam vellicans, ac odorum, illud colore puniceum, hoc ſubrubrum, rejectis granulis nigris, rugoſis & exſuccis.

*Uſus præcipuus eſt in capitis, ventriculi, & inprimis Uteri affectibus.*

Carpobalſamum. Non eſt ſuccus è fructu Balſami paratus, ſed *ipſum ſemen ſive fructum Balſami eſſe notis omnibus veterum ſententiæ reſpondentem*, obſervavit *Veslingius* quondam *Prof. Patavinus*, in quinquennali itinere Orientali.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0359-5 DFG

Illud odore Opobalſamum referre, Hyperici ſemini ſive capſulæ ſemen continenti eſſe ſimile &c. *Dioſcorides* tradidit, quæ in ſemine, quod ad nos quandoque defertur, vera eſſe comperimus, & jam olim quoque *Proſper Alpinus Dial. de Opobalſamo* oſtendit.

Illud autem, ſi haberi queat, *eligendum eſt plenum, vegetum, ponderoſum, ſapore acre, & odore Opobalſami præditum.*

**Caryophylli Aromatici.** Sunt fructus arboris ramoſæ magnitudinem & folia Lauri, ſed anguſtiora & copioſiora continentis; floribus oblongis clavorum inſtar; (unde nobis vocantur Nägleín) ſed capitulis frigidis, primo candidis, mox viridibus, deinde rubeſcentibus, & tandem in nigrum colorem inclinantibus, & in caryophyllos ipſos evadentibus.

Decuſſi caryophylli biduum ſiccantur, deinde aſſervantur & in varias provincias mittuntur.

*Anthophylli non differunt à caryophyllis, niſi perfectionis gradu:* hinc etiam dicuntur mares; cæteri fœminæ.

*Folia Arboris tanta etiam ſuavitate fragrant, ut caryophyllos ipſos æquent,* unde peregrinantes hujus arboris odorem per longa ſpatia in Mari perſentiunt.

Naſci-

Naſcitur arbor *in plurimis Inſulis Orientalibus*, ſed non niſi in *Moluccis Inſulis*, quarum quinque ſub linea æquinoctiali ſitæ ſunt, fructum fert, reliquis in locis eſt ſterilis.

*Collectio caryophyllorum fit à* 15. *Sept. uſque ad Januar. & Februar.* non verò manu, ſed arundinibus decutiuntur, mundato prius circa arborem ſolo.

VIRES *ſunt Cephalicæ, Cardiacæ & Stomachicæ, hinc commodè adhibentur contra omnes affectus cerebri frigidos, vertiginem, viſus debilitatem, Cephalalgiam, lipothymiam, cordis palpitationem, apepſiam ventriculi, ac impotentiam veneream.*

## Caſſia Lignea & Cinamomum.

Sunt cortices exotici, qui cum in plurimis conveniant, ab aliis ab eadem arbore provenire creduntur, uterque enim eodem modo colligitur & exſiccatur, ac *Inſulam Ceylon* præprimis *patriam agnoſcit.*

Diverſarum tamen arborum fœtum eſſe, & ſaporis diverſitas, & maſticatio denotare videntur. Sic *Caſſia lignea viſciditatem aliquam ori exhibet, ipſaque ſenſim in eo liqueſcit & conſumitur*, ubi è contra cinamomum quid lignoſi poſt ſe relinquit.

Cæterum odoratiſſima ſint oportet, ſubrubrum colorem, & aromaticam acrimoniam plurimam habentia.

Singulo triennio incolæ ab arbore cinamomi ramos aliquot abſcindunt, ac ab his corticem detrahunt, ipſam verò arborem inviolatam relinquunt, ac tribus annis poſtea ab ea abſtinent.

*Cortex verò ab arbore ſeparatus nonniſi intra ſpatium menſtruum vires exſerit*, quod notatu dignum.

*Flores arboris nive ſunt candidiores & admodum fragrantes : Lignum* verò arboris *omni ſapore & odore eſt deſtitutum.*

Datur etiam caſſia ſive *Cinamomum Caryophyllatum*, quod ſaporem caryophyllorum refert acrem ſtatim ab arbore.

Provenit verò hæc cinamomi ſpecies in *Inſula Cuba* in locis montoſis, ex arbore magna caudicis craſſi, folia ferente canellæ ſimilia, ſed tamen majora & pinguiora.

VIRES *quod concernit, Cinamomum præcipuè ſummum eſt confortativum Cordis & Cerebri, præterea menſes & partum accelerat, ac Alexipharmacum eſt.*

Caſſia Fiſtula, duorum generum eſt: Una *Orientalis*, quæ minor; altera *Americana* ſeu *occidentalis*, quæ major. *Orientalis* plerumque *ex Alexandria Ægypti* ad nos defertur, & *præfertur Americanæ.*

Hæc ſiliqua cubitalis eſt, figura tereti, purpuraſcens aut flaveſcens; *Viridis, ſi adhuc immatura;*

*matura* ; intra corticem lignoſum ſemina fovet, ſiliquis ſimilia, intervallis ſepto membranoſo diſtinctis, & modica quadam medullâ ſuccosâ, nigra, dulci, ſed nauſeoſa prædita.

*Caſſia Americana Orientali* multo major eſt, creſcit in *Hiſpaniola*, *Cuba* & *Jamaica*, non ſine incommodo aliarum frugum ; ad harum namque arborum olfactum tanta occurrit formicarum copia, ut quicquid apud illas arbores, aut in earum vicinia ſeritur, à formicis conſumatur, adeoque gravem incolis inferant moleſtiam.

*De ſiliquis referunt, quod, ſi matureſcentibus his venti ſlant, tantus ſit earum ad invicem conflictus, ut mille anſerum & anatum agmina inter eas obſtrepere videantur.*

Creſcunt verò in arbore craſſiſſima, folia nucis juglandis, ac flores latos candidos, & fructum copioſum ferente.

*Pulpæ uſus frequens eſt apud* Malayos *in renum ac veſicæ affectibus*, *etiam* in gonorrhœa cum therebintina cocta *propinata &c.*

Siliquæ graves ſint ac ponderoſæ, quæ concuſſæ ſonum non edunt, præditæ pulpa intus pingui, ſplendente, ſucculenta, non ſitu obducta, ſapore prunorum delicato. Cortex ſiliquæ ſit levis & purpuraſcens.

**Caſtoreum.** Non eſſe Caſtoris teſtes, frequens diſſectio docuit, ſed potius *peculiare aliquod excrementi genus*, quod in caſtore, animali amphibio, diverſarum mundi plagarum incola, colligitur, & ſuis *certis à naturâ ſic elaboratis & conſtitutis folliculis ſeu receptaculis, tam in maribus quam fœminis, ad inguina, ſtatim ſub cute ſitis, concluditur,* eâdem planè ratione, qua *Zibetum* & *Moſchus* in ſui generis animalibus generantur.

*Probatur optimum*, quod liquore intus cereo, odore gravi, valido, oleoſo flaveſcenteque ſucco præditum eſt.

*Adulteratur frequenter Hepate Caſtoris tenuiſſimè inciſo & contuſo, & ſucco caſtorei oleaginoſo imbuto.*

Agnoſcitur dolus tum quod genuini folliculi ambo ex uno oriantur principio, tum ex conſiſtentia duriori, fruſtiſque utplurimum grandioribus, quam folliculorum illorum naturalis magnitudo admittat: quin & odoris non ea, quæ in ſincero obſervatur, vehementia adeſt.

*Præſtantiſſimus caſtorei eſt uſus tam internus quam externus in ſuffocatione hyſterica ſive hypochondriaca. Nervoſas etiam partes roborat, & in convulſionibus mira præſtat.*

Cate-

Catechu ſive Caatchu aut Terra Japonica. Eſt ſuccus inſpiſſatus, qui *ex fructu proceræ cujusdam arboris*, parvo, duro, ſucculento & adſtringenti conficitur in *Coromandel*, *Manara*, *Goa* & alibi.

*Quoad Vires optimum eſt medicamentum ad gingivas firmandas, ut & alvi profluvia curanda, vel ubi adſtrictione & roboratione opus eſt.*

China Chinæ. *Eſt cortex Arboris Peruanæ, Gannanaperide* incolis dictæ; Non multum abſimilis cortici cinamomeo, colore obſcurè rufo, ad Saſſafras colorem accedens; eligendus verò, qui eſt ſaporis amariuſculi & adſtringentis, ac nonnihil odoratus.

*Quoad vires præbet ſpecificum antifebrile.*

Chinæ Radix, à *China, Orientalis Indiæ Provincia*, veluti natali ſolo nomen ſortita eſt, utpote à quâ Provincia potiſſimum ad nos derivatur.

Arbor Radicis hujus inſtar dumi creſcit in locis paluſtribus quatuor vel quinque ſpithamarum longitudine à terra, pauca habens folia: *duplex autem eſt, vel ſativa vel ſylveſtris, ex quibus ultima utplurimum ad nos deportatur.*

Radix craſſa ſit & nodoſa, gravis, dura & tuberoſa

roſa inſtar biſtortæ, exterius rubra & tortuoſa interius, minus colorata, minimè carioſa, utpote cui vitio aliàs admodum eſt obnoxia.

*Quoad vires in lue venerea non ſolum eſt ſpecificum, ſed & antiarthriticum, egregiè enim hos dolores demulcet; præterea in omnibus morbis à lympha corrupta ortis prodeſt, ac diaphoretica & diuretica eſt, unde in cachexia, tumoribus œdematoſis, item in atrophia, in decoctis exhibita mira præſtat.*

Contrajerva. *Hiſpanis* ita dicta, quod *contra venena*, ſive alexipharmaca ſit; Apportatur ab alipuot annis ex *Provincia Peruana Charcas* dicta.

Eſt verò radix hæc exterius nodoſa & fibroſa, fibras multas de ſe ſpargens, quæ à ſummo ad imum graciliores evadunt. Colore exterius purpureo, interius albicante, ſapore ſubdulci, adſtringente cum acrimonia aromatica. *Simon Pauli in Quadrip. Botan.* noſtratis caryophyllatæ radicibus ſimillimam eſſe ſcribit.

Eligatur verò vegeta, denſa, non carioſa.

*Quoad Vires præſentiſſimum dicitur eſſe remedium contra venena hauſta, cum vino in pulvere ſumta. Ventriculum etiam confortat, & flatus diſſipat, ac diaphoretica & diuretica eſt; ſunt*

*ſunt qui hanc Radicem præferunt lapidi Bezoar, aut unicornu, vel & Theriacæ.*

Corallina ſive *Muſcus marinus*. Eſt lanugo capilloſa, mollis ſub aqua, extracta autem & ſiccata rigens, quædam erecta, quædam humi repens: Colore nunc albo nunc rubeo, nunc cinereo, nunc flavo, nunc herbaceo, &c.

*Innaſcitur* verò *coralliis, ſaxis ac teſtis aut concharum fragmentis.* Præfertur verò quæ coralliis inhæret aut ſaxis, & coloris eſt vel albi vel rubicundi; improbatur verò cinerea, inveterata & exoleta.

*Quoad Vires inſenſiſſimus lumbricorum hoſtis eſt.*

Coſtus. Antiquitas triplex facit Radicis hujus Coſti genus, *Arabicum*, *Indicum* & *Syriacum*: Aſt differentia hæc non ſpeciem ſed bonitatem, & loci in quo provenit diverſitatem ſaltem ſpectat. Sic *praſtantior Dioſcoridi cenſetur Arabicus, candidus, levis, & eximia odoris ſuavitate præditus.*

Ille, quem nunc *India* nobis transmittit, omnes optimi notas, quas *Dioſcorides* deſcribit, habet.

*Debet verò eſſe craſſus, ſucculentus, non carioſus, odore aromaticus, colore candicans & ferè buxeus, ſapore acris & amaricans.*

Alias

Alias officinæ coſtum dividere ſolent in *dulcem* & *amarum*, ſed omnis coſtus amaricans eſſe debet, niſi quis, collatione cum amariore vel acriore facta, id ſtatuere velit.

Cum verò inde eluceſcat, veram coſti dignotionem recentioribus nondum perfectè cognitam eſſe, hinc *in tanta diverſitate alii Zedoariam vel Angelicam ſubſtituunt.*

Cum etiam *ad nos adferri* cœperit *Cortex Aromaticus, cujus odor* & ſapor adeo aromaticus eſt, ut *Nucem Moſchatam, Macim, & canellam &c. ferè ſuperet, vel ex omnibus ferè aromatibus aliquid participare videatur;* hinc alii canellam albam, alii Coſtum Arabicum vocant.

Eſt verò cortex cujusdam arboris ſambuco non abſimilis, & quidem Interior craſſior & ſolidior, coloris cinerei, albicantis, utpote in quo acrimonia major eſt quam in exteriore: Commodè ſubſtituitur hic cortex Coſto Arabico vero Veterum dubioſo.

VIRES *ſunt ſtomachicæ, uterinæ, hinc in colica, menſium ſuppreſſione &c. egregiè conducit.*

Crocus differt à natali ſolo, unde *vel Orientalis eſt, vel Occidentalis.* Orientalis ex *Coryco* Siciliæ monte ad nos devehitur, cui nunc minimè cedit *Auſtriacus*, ac *Arauſionenſis Gallicus.*

Planta

Planta eſt bulboſa, viva & carnoſa, folio anguſto, & gramineo, flore Colchici pratenſis, purpureo & aureo colore nitentibus filamentis, odoris intensè acuti.

Quoad electionem *optimus eſt recens, fragrantis odoris, coloris aurei, manus fricantis inficiens, in revolutione oblongus, ac in frangendo lentus.* His dotibus ſi deſtitutus, adulteratus eſt.

*Adulterari verò ſolet floribus Cnici*, ſed fraudem tam odor, quam & ipſa accuratior inſpectio detegit. Sic & pondus, ex lithargirio cum fraude auctum, ab admixto pulvere inſidente facilè deprehenditur.

*Et ſi color jam filis aut pannis tingendis adhibitus fuit*, crocus verò tunc rurſus ſiccatus in fraudem divenditur, *cognoſcitur fraus ex foliolis marcidis nec ita plenis, ac odoris fragrantis defectu*, ac coloris legitimi alteratione.

VIRES *ſunt Cordiales, Pectorales, Cephalicæ, Hyſtericæ, ſtomachicæ & anodynæ. Nimius tamen uſus nocuus fit ob vim inebriantem. In dyſenteria non eſt præſentius remedium Extracto Croci.*

Cubebæ. Sunt *grana piperi nigro ſimilia*, tenui pediculo adnexa, *intus inania*, ſapore amaro, acri, odorata, colore cinereo, cortice ſcabro.

*Planta* autem, *ex quâ colliguntur, ſylveſtris eſt*, & ſpon-

& ſponte proveniens, imbecillis hederæ modo, vel Smilacis, fruticibus & arboribus adhæreſcens, foliis myrtiformibus, floribus odoratis, fructibus racemoſis, non uvæ modo in communi racemo, ſed ſingulis granis ſinguli dati pediculi.

*Advehitur* verò ex *Java* & aliis *Indiarum Regionibus*, ubi tanti æſtimatur, ut antequam venalis exponatur, ab incolis decoquatur, metuentibus, ne in alieno ſolo ſatus radices agat & luxuriet.

*Quoad Vires, ſpecificum Cephalicum & ſtomachicum ſunt, unde ad capitis, ventriculi ac nervoſi generis frigidos affectus commendantur, utero etiam conducunt, & flatus diſcutiunt; ore etiam detenti claram faciunt vocem multum loquentibus.*

Curcuma. Eſt Radix exotica, ac *crocus Indicus dicitur, quod inſtar croci veri colore flavo tingat.*

Folia ejus ſunt oblonga, & longè latiora, quam folia cardamomi, quibus aliàs non ſunt abſimilia; variat verò caule, qui in cardamomo eſt internodiis tanquam arundo diſtinctus, ſed in curcuma lævis & æqualis.

Flore ex flavo eſt purpureo, qui in ſummitate plantæ emergit, ſimilitudine referens florem gladioli cujusdam, purpureos flores proferentis.

Naſci-

Naſcitur in *Cananor, Calecut & Goa*: Magna verò ejus quantitas defertur ad *Arabes, Turcas, & Perſas*, qui omnes ex *India* advehi fatentur, in cujus Sylvis tam copiosè creſcit, ut inde integras naves onerare poſſent.

Nullum apud Indos tam frequens condimentum eſt in coquendis piſcibus & carnibus.

*Dicata eſt in ſpecie calculo, veſica biliariæ, per alvum excludendo, uti & in Ictero, cachexia, ac meſenterii obſtructionibus reſerandis.* Malaicæ *mulieres eam admodum celebrant in partu facilitando ac morbis uterialiis, Urinæ item difficultatibus &c.* vide Frid. Hoffm. clav. Schröder.

Cyperus. Unius radicis partus *vel rotundus eſt vel longus.*

Eſt verò Radix junci triangularis, aut quadrangularis, cubitalis, aut majoris quandoque, *folia habens porracea*, longa, anguſta, in ſummo caule ſemen complectentia, Radices inter ſe cohærent oleis oblongis ſimiles, quæ rotundæ ſunt, nigræ, odore ſuavi, guſtu amaro.

Naſcitur in lacunoſis, paluſtribus, imò etiam in cultis locis.

Optima ea cenſetur, quæ gravis, denſa, plena, dura, aſpera & odorata eſt cum quâdam acrimonia.

*Quoad*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0371-7 DFG

*Quoad Vires ſuppreſſioni urinæ medetur, movet menſes, & in calculo ac hydrope confert.*

**Daucus** vel *Creticus* eſt vel *vulgaris.*

Semen Dauci cretici acre eſt, album, hirſutum, ac ſuavis odoris; *Naſcitur ſponte in Inſula Creta, & in Italiæ præruptis altiſſimorum montium rupibus.*

Folia obtinet fœniculo non abſimilia, ſed minora & tenuiora, caule dodrantali, umbella coriandri, floribus albis, inter quos ſemen continetur.

*Hoc carminativum, diureticum, & uterinum eſt, hinc in colica, dyſuria, paſſione hyſterica, menſium ſuppreſſione &c. inſignis effectus.*

**Doronicum.** Cum Autores nonnulli hoc inter aconita poſuerint, ſicque *Veneni ſuſpicione infame* reddiderint, hinc alii ejus loco *Zedoariam, vel galangam cum corticum citri* parte ſubſtituere maluerunt.

Sed cum *Germanicum noſtrum Doronicum,* Gembſen-Wurtz dictum, clariſſimorum virorum teſtimonio innocens deprehenſum ſit, hinc uſus ejus minimè formidandus, nec excludendus.

Eligendum verò illud, quod longifolium hirſutum eſt, & in *Auſtriacarum* & *Stiriacarum,* alia-

aliarumque *Alpium* jugis inter ſaxa provenit. Cujuſque radicula, (quæ ſaltem in uſu) perdulcis, acrimonia caret, rotundiuſcula, interdum quoque oblonga, geniculatis propaginibus, ſcorpii figuram nonnunquam repræſentantibus, ſibi cohæret; ac folio ferè cucumeris, verum minori ac molliori, flore citrino, chryſantemi flori haud abſimili, præditum eſt.

*Prædicatur ut ſpecificum contra vertiginem, cordis palpitationem, & uteri inflationem, Veneris etiam adverſari, & lumbricos expellere dicitur.*

Elemi. Eſt Reſina odoratiſſima, inſtar anethi recenter contuſi, *ex ſingulari arbore Kakuna Ghaka* dicta, *in India Orientali* proveniens.

Eligatur pellucidum, albicans, cum flavis particulis intermixtum, purum, & à pulverum admixtione alienum. Adulterari ſolet reſina, ſed odor fraudem detegit.

*Prodeſt affectibus generis nervoſi, utpote ejus vulneribus, contuſionibus, doloribus &c.*

Euphorbium. Eſt acerrimus ſuccus, *ex arbore* ſauciatâ, *ferulæ ſpeciem gerente*, profluens *in Lybia.* Eligatur purum, translucens, & ex rufo pallidum, in granula orobi magnitudine concretum, quod levi guſtu os diu accenſum tenet.

**Folium Indum.** *Malabathrum dictum*, aromaticum eſt, coloris viridis palleſcentis, tribus donatum nervis admodum diſtinctis per univerſam longitudinem folii, admodum leve, & ſuperna parte ſplendidum, ex altera verò parte aſperum, ſat tenue, odore aromatico, ad cinamomum, macim, nardum &c. accedente, imbutum.

Hoc *Folium profert Arbor procera in Regione Cambaja & aliis Indiæ locis.*

Eligenda verò ſunt Folia recentiſſima virentia & integra ad Theriacam à pedunculis purgata.

*Viribus ſpicam nardi ſuperare dicitur.*

**Galanga.** Vel *major* vel *minor*, eſt plantæ cujusdam peregrinæ in *India Orientali* naſcentis radix, ex radice potius, quam ſemine propagata.

*Major* provenit *in Java* & *Malabar; Minor* verò, quæ odoratior & præſtantior eſt, in *China:* harum Regionum incolæ utuntur ea ad orexin, cum piſcibus & carnibus.

*Eligenda* verò *ſaturatè rubra, ponderoſa, benè odorata, ac ſapore acerrimo linguam vellicans.*

Adulteratur aliquando radicibus Cyperi vulgaris repurgatis, & cum pipere in aceto maceratis, ſed abraſo cortice fucus facilè deprehen-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0374-4

prehenditur, cum neque galangæ ſapor, neque acrimonia adſint.

V IRES *ejus ſunt Stomachicæ, Cephalicæ, & Uterinæ, hinc in cruditate ventriculi acida, ex quâ colica, vertigo, item uteri obſtructiones &c. generantur, optimè conducit.*

Galbanum. Eſt ſuccus reſinoſus cujusdam plantæ ferulaceæ in Syria creſcentis.

*Eligatur, quod ex multis granulis albis conſtat,* purum, pingue, nec valde humidum, nec minus aridum, acri & amaro ſapore, & gravi odore præditum: nec improbatur, quod adjecti ſeminis & ferulæ nonnihil admixtum habet.

V IRES *admodum laudantur in menſibus ac partu pellendis, ut & in tuſſi inveterata ac aſthmate.*

*Externè egregiè emollit, reſolvit, ſuffocationemque uterinam maximè compeſcit in Emplaſtro umbilico applicatum. Cum* therebintina *in* oleum Galbanetum *per retortam deſtillatum, inſignium eſt virium in contractura ex colica. &c.*

Granatus. Eſt gemma rubea, pellucida, coloris roſacei, carbunculo tamen, cujus ſpecies eſt, obſcurior.

Datur verò & *Orientalis*, & *Occidentalis*, *Bohemicus*, qui *Orientales multis paraſangis antecellit,*

*cellit*, ſuſtinent enim illi ignem fortiſſimum, & in eo neque colorem nec pondus mutant, quod vix ulli gemmæ coloratæ conceſſum eſt; *Orientales è contra igne fortiori liqueſcunt*, & inſtar vitri alicujus in maſſam abeunt.

VIRES *prædicantur ad cordis & cerebri affectus, hinc cordis palpitationem, & ſanguinis etiam ſputum ſiſtere dicuntur.*

Guajacum. Eſt *Lignum Indicum*, aliàs *ſanctum* dictum, ex *Inſulis Americæ Nicar agua San. Dominici* &c. ad nos delatum.

*Eligendum verò eſt recens, ponderoſum, & reſinoſum; ſpecificum vulgò habetur Luis venereæ remedium. Dehinc etiam in catarrhis aut defluxionibus admodum prodeſt, ob vim ſuam diaphoreticam & diureticam, quâ ſanguinem ab abundanti ſero liberat, unde & ad hydropem egregium eſt, potu alio interdicto. Sic & Decoctum ejus prodeſt in Odontalgia, in ore detentum.*

*Cortex* eaſdem habet vires, ſed efficaciores, hinc decoctis etiam additur, ſed doſi minori;

*Fieri vero ſolet decoctum hâc methodo.* v. g.
℞. *Raſur. Ligni Guajaci* ℥iiij. *cortic. ejus* ℥iß. *paſſul. min.* ℥ß. Infunde *in* ▽. *font. ferventiſſ.* ℔ vij. in olla vitreata, & ponatur ſupra cineres calidos ſpatio 24. horarum, poſtea benè clauſa coquatur, & priuſquam ad medietatem coctio facta eſt, adde *Ligni Saſſafras* ℥ß. *ſem.*

℥ß. *ſem. aniſi* ℥iß. *cinam. el.* ℈ij. coque probe tecta, donec ad medietatem pervenerint. tunc colatura per ſe refrigerata detur. Doſis eſt ℥v. ad ℥vj.

Gummi Gutta. Eſt lachryma, ſive ſuccus reſinoſus, *quem plorat planta, Eſulæ noſtræ non abſimilis*, niſi quod non tam alte excreſcat, proveniens in *Regno Cambajæ, Regione Chinæ* vicina, unde & *gutta Gamba* audit.

Eſt autem ſuccus purus, nullis ſordibus inquinatus, fulvi coloris, liquore aut ſaliva madefactus colore flavo inficiens: ſolvitur ſpiritu vini ceu homogeneo Reſinarum menſtruo.

VIRES *cum purgantibus aliis validioribus habet communes, præcipuè tamen ſeroſos humores expellit, unde & ejus uſus in hydrope frequens eſt, à gr. v. ad* ℈ß. *addito parum ſpir.* 🜍. *aut* ⊖*li pro corrigente.*

Helleborus Niger legitimus eſt numero quartus *Bauhini*, ſive veratrum flore roſeo, præcipuè in *Styria* proveniens, utpote aliarum provinciarum helleborum viribus antecellens.

In collectione verò probè notandum, ne loco radicum Hellebori nigri *Radices aconiti* ceu ſummè deleteriæ ſumantur; colligantur

verò menſe *Majo* aut *initio Junii* poſtquam defloruerunt.

Dum verò Radix fuit evulſa & recens, parum contundatur vel conquaſſetur, ut medulla lignea facile extrahi queat, ceu inutilis. *Præcipuas* enim *vires cortex continet.* Cum verò hoc vix obſervetur à collectoribus, hinc vulgo *practici fibras radicis eligunt*, ceu medulla lignea ferè deſtitutas.

VIRES *humoribus aduſtis, tartareis, melancholicis expurgandis dicatæ reperiuntur, unde & in mania, malo Hypochondriaco &c. cauſam in hypochondriis obtinentia, utique commendantur. Doſi* ʒj. *ad* ℥ß. *in infuſo.* Frid. Hoffmannus *ex Radicibus his mundatis & inciſis cum aquâ coctis extractum parat, quod tunc ſpiritu vini denuo extrahit & in extractum redigit.*

*Folia Hellebori* nigri *Daura Paracelſo* audiunt, quæ pulveriſata ſummè commendat ad vitam prolongandam.

Parat verò ex eis remedium ſuum conſervationis ad duas vel tres ætates, hâc methodo:

℞. *Fol. Hellebor. nigri*, circa ſolſtitium æſtivale collect. ℥v. *Florum ſectarum*, i. e. *macis* ℥j. *Quint. Eſſent.* Croci Meliſſ. Chelidon. Margaritarum, Auri *ana* ʒv. *ſachari* in ▽. meliſſ. chelidon. & Spir. Roris Majal. ſoluti triplum ad omnia, miſce, ut fiat Electuarium.

Hermo-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0378-8
DFG

Hermodactylus. Eſt ſpecies *Radicis Colchici* non venenati, ad nos ex *Syria* delati.

Eligenda verò, quæ foris & ſintus ferè alba, gravis & compacta eſt, non verò flaccida ut noſtrâs: quæque leni contuſione redigitur in pulverem farinæ triticeæ ſimilem, ſaporis ſuavis, ac dulcis.

*Quoad vires, humores juncturis impactos expellere dicitur, unde in articulorum affectibus, chiragra & podagra admodum commendatur à veteribus.*

*Doſ.* ℈iß. *ad* ʒiß. *in infuſione verò à* ʒij. *ad* ℥ß.

Hyacynthus eſt gemma pellucida, ex flavedine rubicunda, ignis flammam æmulans: datur *Orientalis* & *Europeus.* Orientalis ex *Æthiopia, India, Arabia; Europeus* in confinibus *Sileſiæ* & *Bohemiæ;* qui tamen Orientali eſt ignobilior. *Adulterari ſolet vitro* Hyni, ſed hoc gravius & mollius eſt verâ gemmâ.

*Viribus commendatur ut cordialis, alexipharmacus, ac ut ſpecificum contra ſpaſmum, & pro amuleto tempore Peſtis appenſus.*

Hypociſtis. Eſt ſuccus gummoſus expreſſus ex fruticè Ciſto, proveniente in *Monte Apennino, Gallia Narbonnenſi* &c. ſed cum

rarus ſit hic ſuccus, ejus loco ſubſtituitur ſuccus acaciæ, iisdem viribus imbutus.

Jalapa. Radix, ſive *Mechoacanna nigra*, provenit copioſê in *Nova Hiſpania Americæ*, unde in taleolos ſecta magnâ copiâ ad nos deportatur.

Eligatur exterius nigricans, interius quodammodo ruffeſcens, reſinoſa, ponderoſa, &, ſi candelæ admovetur, flammam promptè concipiens.

*Quoad vires, omnis generis humores, maximam verò partem ſeroſos per alvum ducit. Doſi* ℈j. *ad* ʒß. *in pulvere.*

Iris Illyrica & Florentina non differunt ſpecie, ſed natali ſolo, *Illyrica* ſive *Sclavonica Venetias*, & inde ad nos defertur, cui tamen mercatores *Florentinam* præferunt, quia candidior eſt & fragrantior, ac omnia illa præſtat, quæ *Illyrica*.

VIRES *verò obtinet egregias in viſcidis & glutinoſis pulmonum humoribus incidendis, & Tuſſim, diſpnœam, aſthma &c. cauſantibus.*

Iris Noſtras eſt gladiolus cœruleus major, ſive *Iris vulgaris cærulea*, creſcens in pratis & arvis &c. Radix colligitur tempore verno, antequam germinare incipit.

*Quoad*

*Quoad Vires valde hydragogus eſt ſuccus ex radice expreſſus, ac per digeſtionem depuratus, cujus Doſis eſt ℥ß. ad ℥j. vel ℥iß. per ſe in cereviſia calida, vel cum mannæ ℥ß.*

Jujubæ. Sunt baccæ oblongæ & rotundæ, ad nos ex *Italia*, *Hiſpania* ac *Gallia Narbonnenſi* deportatæ.

Probantur verò recentes, amplæ, graves, carne intus multa ſucculentæ, laxæ, dulces, oſſe parvo, in quo nucleus dulcis, foris ſanguineus, intus albeſcens.

Vix durant ultra ſex menſes, tum verò muceſcunt, nigricant aut flaveſcunt.

*Uſus præcipuus thoracis & pulmonum aſperitati, tuſſique dicatus eſt.*

Lacca, eſt gummi quoddam *Indicum*, *à formicis coloris punicei, alatis, ſuper flores, frutices & herbas volitantibus*, non ſecus ac ab apibus mel, *collectum.*

Eligenda verò, quæ ligni fragmentorum expers, & etſi prædura & exſucca ſit, præmanſa tamen ſputum efficit ſanguineum.

*Diaphoretica & Diuretica eſt, unde præcipuus ejus uſus viſcerum obſtructionibus, Ictero, hydropi, aſthmati &c. dicatus eſſe dicitur. Externè ſingularis eſt efficaciæ ad gingivarum laxitatem, putredinem & fœtorem oris, carnemque amiſſam reparandam.*

Lac Lunæ vocatur *Agaricus mineralis*, cum candore, levitate & raritate agarico vulgari prorſus ſimilis ſit, granula verò quædam permiſta habet ſplendorem de ſe fundentia.

*Conducit ad Lac augendum* ʒj *pondere ex juſculo, vel & melius in emulſionibus ſumtum, ſic & optimè inſpergitur Ulceribus deſiccandis, &c.*

Ladanum. Eſt gummi reſinoſum ad nos ex *Cypro* delatum, uti colligitur ex planta Cyſto fœminæ ferè ſimili, ex cujus fructu ſive foliis exſudans, à calore ſolis exſiccatur.

Licet verò ſit gummi reſinoſum, & ex eo per retortam oleum elici queat, non tamen ſolvitur pinguibus, ſed ſpiritu vini ſaltem.

*Probatur* verò *odoratum, facile molleſcens, reſinoſum, arenularum, aliarumque ſordium expers*, nec ſqualore obſitum, in gyros plerumque coagmentatum.

Uſus ejus præcipuus eſt in capite humido & catarrhis ſolvendis, in forma pilularum, v. g. ℞. *Ladani depurati* ʒj. *Nuc. Moſch.* ʒß. *Cardamom.* ℈j. *Maſtich.* gr. viij. *Olibani* gr. vj. *Reſin. Jalapp.* ℈j. *Moſchi* gr. v. *Ambræ* gr. viij. *Ol. deſt. cinamomi* gtt. vj. *citri deſt.* gtt. v. m. fiant Pilulæ magnitudine lentium, quæ dantur

tur ad 7. vel 9. tempore ſomni; Et in catarrhis a cauſa frigida maximarum virium prædicantur à *Frid. Hoffmanno.*

*Externè adhibetur in Emplaſtris anodynis emollientibus ac reſolventibus, ſic & melancholia flatulenta nil eſt utilius in Emplaſtri forma.*

Liquidambra. Eſt Reſina oleaginoſa effluens ex *arbore* quadam procera, *quæ provenit in campeſtribus Americæ locis*, interdum etiam temperatis; Ex hujus vel inciſo cortice, vel non inciſo ſponte fluit hoc oleum, ſuavitate odoris ſtyraci perſimile.

*Quoad vires diſcutit flatus, reſolvit tumores, roborat ventriculum, & uterinis opitulatur affectibus. Tabaco admixta confortat caput, & dolorem ejus à cauſa frigida lenit.*

Manna. Eſt *lachryma Arboris Orni in Calabria Italiæ* præcipuè provenientis, & vel granis minoribus conſtat vel majoribus; præfertur illa huic tanquam purior, utpote quæ per ſe ex arbore extillat, & foliis guttatim incidens & inhærens ſiccatur & granulatur, à quibus dein ventorum impetu ſæpè decidit, & à vulgo ex aëre delapſa putatur, hinc ab eis *Manna* vocatur.

Altera defluit ex arboris trunco vulneratoVel abſciſſo, quam extillantem cultris ligneis abra-

abradunt collectores & vaſis immittunt. *Vide Hoffmanni clavem Schröderian.* p. 637.

Maſtix. Eſt gummi Reſinoſum, ex citrino album, pellucidum, granulatum, *ex Lentiſco extillans, Arbore procerâ;* præſtantior provenit in *Inſula Chio*, cujus incolæ in arboribus his colendis majorem adhibent diligentiam, ac aliis in Regionibus *Italiæ* vel *Galliæ Narbonnenſis.*

Mechoacanna nomen obtinet à natali loco *Mechoacan, Indiæ Occidentalis Provinciа,* ubi in taleolos ſecta Radix, & exſiccata ad nos defertur. Similis ferè eſt radici noſtræ bryoniæ, exotica hæc bryoniæ ſpecies; optima verò eſt recens, albicans, magna, ponderoſa, & inſipida. Adulterari ſolet bryonia noſtra in taleolos ſecta & ſiccata, ſed ſubſtantia hujus rudior eſt ac Mechoacannæ.

VIRES *eaſdem habet cum Jalapa, ſed mitiores. Doſi* ℈j. *ad* ʒß. *vel* ʒj. *in infuſo ad* ℥ß.

Meu vel *Athamanticum* eſt, à montibus, quibus innaſcitur, & unde olim deferebatur, ab inventore ita dictum; vel Noſtrâs, quod Germanicè vocatur Bärwurtz.

Prædita eſt radix caule & foliis anetho ſimilibus, craſſiori tamen anetho, ad cubitos

duos

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0384-0
DFG

duos inſurgens : Radicibus ſparſis, tenuibus, obliquis & rectis, longis, odoratis, & ſapore admodum aromaticis. Sunt qui dubitant noſtrum *Meu* eſſe legitimum ac verum *Dioſcoridis*, ſed non dubitant alii hoc verum eſſe, neque ut aliunde ad nos deportetur opus eſſe. *vide Hoffmanni clavem Schröderian.*

*Uſus ejus optimus eſt in omni affectione flatulenta ventriculi, inteſtinorum, Uteri corrigenda, ut & in catarrhis à frigido ortis, ac pulmonum tartaro reſolvendo.*

Moſchus. Eſt *ſuccus excrementoſus animalis* cujusdam *Chinenſis & Indi*, in certo ejus à natura conceſſo folliculo collectus.

Probatur verò perquam odorus, & tanta fragrantia præditus, ut vel graveolentiam præ ſe ferat, caput feriat, odorem latè diſpergat, præterea amaricans ſit, colore ferrugineus vel ſubrufus granularis. Maſſas fictitias odor remiſſior à genuino imprimis diſcernit.

*Menſtruis aqueis ſolubilis exiſtit moſchus; Internè verò & externè adhibitus ſpiritus recreat, & ſanguinem ad orgaſmum concitat.*

Myrobalani. Naſcuntur in *Java Indiæ Inſula* in arboribus magnitudine prunis ſimilibus,

libus, ſed quemadmodum fructu, ita foliorum diverſitate diſcrepantibus.

Sunt verò quinque ejus genera, utpote *Citrinæ, Chebulæ, Indæ, Emblicæ, & Belliricæ.*

*Arbores*, quibus *citrinæ* innaſcuntur, ſorbi proferunt folia: *Indicæ ſive nigræ* folia ſalicis: *Belliricæ* folia Lauri, ſed pallidiora: *Chebulæ* folia perſicis ſimilia habent.

Prout verò arbores fructum hunc proferentes foliis diſtinguuntur, ita & fructus tam magnitudine, quam colore quoad formam externam diſtinguuntur: *in eo tamen conveniunt, quod manifeſtam poſſideant qualitatem tonum viſcerum roborandi & ſimul alvum ſolvendi.*

*Citrinæ* laudantur multum flavæ, in viride inclinantes, denſæ, graves, gummoſæ, cortice graſſo nucleum parvum complectente.

*Chebulæ* quo majores eò meliores, nigræ, in rubrum inclinantes, graves, quæ aquæ impoſitæ ſtatim merguntur, cortice craſſo.

*Indæ* optimæ ſunt Nigræ, ſubſtantia ſolida ſi franguntur, denſæ, magnæ, graves, ſine oſſibus, rarò viſuntur integræ.

*Emblicæ* ſint magnæ, graves, denſæ, carne multa, oſſibus exiguis &c. præditæ.

*Belliricæ* verò denſæ, magnæ, graves, & cortice craſſo. *Quæ his notis carent, aut vetuſtate exoletæ, aut aliud incommodum paſſæ ſunt.*

Myrrha.

Myrrha. Eſt gummi reſinoſum *Arboris naſcentis in Arabia*, *Ægyptiacæ* ſpinæ ſimilis, ex quâ inciſa deſtillat. Primas verò tenet *Troglothidica* à loco natali ita nominata, quæ ſubviridis, pellucida & mordax exiſtit.

In genere verò eligenda eſt friabilis, levis, undiquaque concolor, quæ confracta intrinſecus lineas candidas intercurrentes habet, unguium ſpeciem præ ſe ferentes, minutis glebis, amara, odorata, & acris.

*Si* verò *myrrha animadvertitur continere multas glebas diverſas, quoad odorem & ſaporem differentes, tunc eam jam tranſmutatam eſſe & deterioratam, ſignum eſt,* non aliter ac dum *Galbanum mutatur in ſagapenum*, & *Caſſia in Cinamomum.*

*Præcipuus uſus eſt in obſtructionibus uteri reſerandis, menſibus nimirum ſuppreſſis ſolvendis, partus difficultate, aſthmate, Tuſſi, Febribus malignis, &c. Externè prodeſt in Eryſipelate &c. ac maſticata oris halitum commendat.*

Depuratur vino ſoluta & calidè colata per linteum à ſordibus, & tum inſpiſſata rurſus per ſe vel aliis mixta &c.

Nux

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0387-7

**Nux Moſchata.** Eſt *medulla Nucis Indicæ*, quæ incluſa eſt cortici duro, qui cortex iterum obductus eſt tenuiori involucro, eoque flaveſcente rubeo, ſive floribus macis dictis; hæc contenta omnia exterius putamine ſeu carne ſatis craſſa rurſus teguntur, quæ per maturitatem dehiſcit, ut in noſtris juglandibus.

*Creſcit abundanter in Inſula Banda* in Sylvis ſpontaneè, & *trium generum eſſe dicitur, Mas* videlicet, fœminâ pretioſior, oblongus, duarum circiter unciarum.

*Fœmina*, quæ ad nos vulgo deportatur, plerumque figuræ ovalis; & tertium genus *Regium* vocatum, minutum & rarum, ſucculentia tamen & odoris fragrantia majores ſuperans, ovalis figuræ & reliquis ſimilis, niſi quod magnitudine vix grandius piſo.

*Eligenda verò eſt Nux recens, pinguis, gravis, acu puncta oleum emittens.*

*Flores* ſive *Macis* probatur odore ſuavi, colore flavo & ſapore ſubacri.

VIRES *Nucis Moſchatæ Stomachicæ ſunt, cephalicæ, & uterinæ, diſcutit flatus, alvi profluvium ac vomitus compeſcit*, & *lipothymiæ ſuccurrit.*

*Nocivus tamen eſt nimius earum uſus, quoniam*

*niam ventriculum oleoſitate ſuâ, ac ſubſtantia balſamica gravant, & particulis ſubtilioribus ad cerebrum delatis ſomnolentiam inducunt.*

*Macis* iisdem gaudet viribus, tenuiorum tamen eſt partium, hinc effectu præſtantior; Mire ventriculum roborat, flatus reſolvit, diuretica ac lithontriptica eſt. *Integra Nux adhuc viridis conditur in India, in modum nucum juglandium*, unde ad nos condita transfertur.

Hæc mane & veſperi ante cibum ſumta fœtum confortat, flatus diſcutit, & frigidis Uteri & Ventriculi affectibus medetur.

*Oleum*, & *deſtillatum* & *expreſſum*, prodeſt in ventris torminibus, nephritide, ventriculo debili cum vehiculo calido propinatum. Externè umbilico infantum inunctum, diarrhœas ac tormina compeſcit; ac temporibus illitum agrypniam tollit.

Olivæ ſunt fructus *oleæ*, quæ copiosè reperitur in *Italia, Hiſpania, Gallia Narbonenſi, Gallo Provincia*, & alibi.

*Olivæ Hiſpanicæ* ſunt grandiſſimæ, propterea ſuperbæ vocatæ; *Narbonenſes* ſunt mediæ magnitudinis: *Omnium verò minimæ Italicæ*, inter quas reperiuntur capparum magnitudine, guſtu ſuaviſſimæ.

*Condiuntur verò olivæ muria, antequam plenariè maturuerunt.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0389-2 DFG

Excitant verò appetitum, laxant alvum, & humidum ventriculum exſiccant & confortant: rancidæ autem eum ſubvertunt.

Ex olivis verò maturis Oleum olivarum exprimitur triplex: *Primum omnium eſt præſtantiſſimum*, quod ſcil. ſpontaneè quaſi ex parum prælo preſſis effluit, *& vocatur olei flos*, nobis Carcer-Oehl. Huic ſuccedit *alterum*, quod ex ſecunda preſſura provenit.

*Tertium* verò vilius eſt, & nullius valoris.

Quod ex immaturis olivis exprimitur, *Oleum Omphacinum* dicitur, hinc notandum; ne loco olei omphacini, ſuccus ex immaturis uvis expreſſus, omphacium itidem dictus, ſumatur.

*Oleum Olivarum alvum laxat, & tormina ventris ſiſtit, ac vulnerarium eſt cum cereviſia calida ſumtum ad cochlear unum aut alterum.*

Opium. Eſt ſuccus ex capitibus Papaveris paulatim inciſis deſtillans & inſpiſſatus.

Differt verò pro Regionum diverſitate, unde ad nos transfertur. *Præſtans opium olim mittebat Regio Thebaica Ægypto contermina*, unde & adhuc Thebaicum dicitur. Hodie verò ex *Cairo*, & *Arabia ad mare rubrum* ſita *Alexandriam*, & inde ad nos defertur.

Pluri-

Plurimum tamen nunc *Cambaja* & *Decan Indiæ Orientalis Provinciæ ſuppeditant*, & univerſæ *Europæ* ſubminiſtrant. Hoc mollius eſt, eſt inſtar ſucci roſacei flaveſcit, & tincturam ferè croceam oſtendit.

Optimum alias habetur denſum, grave, amarum, odore gravi, viroſo, aquâ facile ſolubile, quodque colorem habet ex nigredine ruſeſcentem, & ſi pulveriſatur, inſtar Aloes flaveſcit, ac impuritatibus caret.

VIRES *in genere ſpiritibus ſopiendis, hinc doloribus ſedandis, & tumultuanti humorum motui in diarrhœis, dyſenteriis, & hæmorrhagiis coërcendo dicatæ ſunt. Vitetur verò, ubi vires nunc exhauſtæ notantur; in eis enim ſpiritus nunc debiles citò planè ligat, & interitum maturat.*

Opoponax. Eſt ſuccus gummoſus *ex radice vel caule panacis Heraclei vulnerato emanans*, potiſſimum æſtate, *in Macedonia* & alibi.

Probatur ſapore valdè amarus, odore gravis, colore internè albus, externè verò flaveſcens ſive ſubfulvus, pinguis, tener, friabilis, galbani inſtar lacteſcens, & ſtatim in aqua liqueſcens, gravi odore præditus.

Improbatur niger ac mollis, nec non Ammoniaco aut cera fucatus; cognoſcitur tamen

 dolus,

dolus, quando digitis fricatus in aquâ, non reſolvitur, nec lacteſcit.

*Diſſipat flatus, ac craſſos viſcidos humores purgat, Externè verò uvulæ delapſæ, ſuffitu in os immiſſo, medetur.*

Palma Dattelbaum *provenit plurimum in Ægypto, Syria, Judæa*, ubi fructus fert, Dactylos, Datteln. Qui ſaltem eligendi ſunt magni, molles, parum rugoſi, pleni, carnoſi, ſubdura carne ad nucleum candicante, ad corticem rubeſcente, ſapore vinoſo.

Deteriores ſunt graciles, flaccidi, duri & excarnes.

*Leniunt aſperitatem faucium, fœtum in utero confortant, & maturi alvum laxant: immaturi verò adſtringunt.*

Petrolæum ſive oleum Petræ *ex Petris & ſaxis ſtillat album & ruffum in Mutinenſi Italiæ Regione.* In *Sicilia* & alibi fontibus innatat.

Subtilior hujus olei pars *Naphta* vocatur: *Oleum* verò *Terræ* pellucido-rubicundum eſt, odoris fortis, petrolæum æmulantis, ſed gratioris; ſpecies eſt petrolæi rubri.

Nobilis Naphtæ ſpecies *affertur ex* Inſula Sumatra, *quod odoris eſt gravioris, ſed minus faſtidioſi, quodque partibus paralyticis illitum mira-*

*miraculi inſtar ſolatur, id quod & Petrolæum ac oleum Terræ, non tamen ita promptè, præſtant: Cum ſpiritu vini nervos optimè confortant naturalia hæc olea.*

Pineæ Nuces ſunt nuclei exigui, oblongi ſtrobilorum ſive fructuum pini ſativæ: eligantur plenæ, recentes, ſiccæ, non flavæ aut pallidæ, quæ jam rancidæ ſunt.

*Harum uſus potiſſimus eſt in atrophia, Phthiſi, ſemine augendo &c.*

Piper. Vel rotundum eſt, vel oblongum: *Rotundum* vel *album*, quod omnium præſtantiſſimum, vel *nigrum*, quod albo ſuccedit. *Longum* vel *Orientale* minus, quod uſuale, vel *Occidentale* majus.

*Planta* in quâ creſcit piper, *videtur convolvuli eſſe ſpecies*, arbores enim & bacillos eodem modo ac convolvulus ſcandit, abſque horum enim adminiculo adſurgere nequit, multas admittit frondes, in quâvis fronde quinque vel ſex vel ſeptem creſcunt ramuſculi, digiti longitudine, ex quibus piper inſtar racemorum propullulat, virideſcens inſtar immaturarum uvarum.

*Provenit verò maxima quantitate in Inſula Java,* in *Provincia Bantam*, & in *Sumatra*, ac *Malabar.* Matureſcit Septembri & Octobri, *colligitur Novembri, Decembri & Januario.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0393-4 DFG

Eligendum verò, quod eſt plenum, non rugoſum, utpote immaturum, tum & ponderoſum, ac recens.

Longum in *Bengala* potiſſimum creſcit.

*Inſignes obtinet vires Piper in cruditate ventriculi acida corrigenda, ſi ejus ante cibum grana quatuor vel quinque leviuſculè inciſa deglutiuntur. Sic & grana integra per plures dies ad novem deglutita Febres quartanas aliquando curant.*

*Piperis racemi* adhuc virentes & immaturi, *Muria conditi* ad orexin excitandam, & ventriculi coctionem juvandam admodum conducunt, & *apud Indos maximo ſunt in uſu & æſtimatione*, ut & Zingiber viride & garyophyllorum racemi tali modo conditi.

Piſtacia ſunt fructus arboris cujusdam ejusdem nominis, quæ copiosè provenit in *India, Perſia, America* &c.

Fructus avellanam referunt oblongam, cortice albo cruſtoſo magis, quam oſſeo, externâ tunica arida, cineritia, decidua; medulla ſive nucleo interno viridi, dulci, ſubacri.

Eligendi verò nuclei recentes, non rancidi, ponderoſi.

*Potiſſimum macie & maraſmo affectis proſunt, quia impinguant; unde & ad venerem excitandam, vel ei materiam ſubminiſtrandam commendantur.*

Rhabar-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0394-9

Rhabarbarum. Eſt *Radix* cujusdam *plantæ naſcentis in China*, imprimis *in Provinciis Suciven, Xenſi* & *Socieu civitate*, proximâ ad *Murum Sinarum longum*.

Planta non multum abſimilis eſſe dicitur *Hippolapatho* noſtro hortenſi, vulgo *Rhabarbarum Monachi* dictum.

*Radix verò Rhabarbarum vocatum leniter per alvum purgat omnes humores vitioſos abſque differentia. Color verò excrementorum flavus à Rhabarbaro aſſumto proveniens, Veteres credere fecit, id bili in ſpecie purgandæ dicatum eſſe.*

Cum verò benignum ſit purgans, hinc humoribus dyſenteriam excitantibus eliminandis, ab initio quidem, antequam humores inteſtina gravius affecerunt, & exulcerarunt, alteri purganti præferendum eſſe cenſuerunt. Ubi tamen humores admodum ebulliunt & leviſſimo laxativo nimium irritari poſſunt, tam parum tutum eſſe Rhabarbarum ac aliud leve laxans, certum eſt.

Quò verò ſecurius exhiberi queat in dyſenteriis Rhabarbarum, id torrere præceperunt, ſed cum hâc methodo, ſi nimium torretur, vis purgans planè perditur, nec tamen vis

terrea adſtrictoria inde augetur ad orgaſmum compeſcendum.

Hinc *ut abſque perditione* virtutis purgatricis *terrea pars ſervetur, prius cum aqua cichorii Tinctura Rhabarbari extrahenda*, relictum verò Rhabarbarum tunc ſiccandum & ſervandum.

*Optimum alias Rhabarbarum, aureo ſit colore, aureiſque ac ruffis venulis abunde diſtinctum, guſtu amarum, compactum, & pro raritate ſua ſat ponderoſum, odoratum, & madefactum croceo colore manum fricantis tingens.*

Rhaponticum Verum ſi *cum Rhabarbaro* non *eſt ejusdem in diverſo ſolo naſcentis plantæ radix*, tamen ambo ejusdem ſpeciei & plantæ non longæ differentis radices eſſe certum eſt.

*Differre ſaltem videntur ſolo natali*, cum *Rhabarbarum ex Meridionali; Rhaponticum verò ſeptentrionali plagâ ex Scythia ad fluvium Rha advehitur.* Hoc tamen radice conſtat tenuiori, ejuſque ſubſtantia levior & rarior eſt, remiſſioremque amaritiem & odorem habet, & in maſticatione paulo glutinoſior exſiſtit. Optimum verò eſt, quod teredines non ſenſit, rubeſcens, & quod dentibus contritum cum remiſſa adſtrictione lenteſcit.

*Quoad*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0396-1 DFG

*Quoad Vires, vices ſupplet Rhabarbari Sinenſis, ſed majori Doſi.*

Rubia Tinctorum, vel *ſpontanea eſt, vel ſativa.*

Vulgaris *ſativa* non ſolum *in Sileſia copioſe colitur*, & inde ad nos transfertur, verum & in plurimis ſeritur *Italiæ*, *Hiſpaniæ*, *Galliæ* & *Belgii* locis. Radices verò colliguntur Majo ac Junio.

*Quoad vires vulneraria eſt, unde Decoctum earum commendatur vulneratis, cæſis & ex alto præcipitatis in cruore coagulato &c.*

Rubinus à Rubore ita dictus, eſt gemma diaphana, rubens, limam reſpüens, & linguæ vel ori ſenſibilem frigiditatem imprimens: *Meliores cenſentur Zeilanenſis*, & qui *in flumine Pegu* reperiuntur. *Naſcuntur in lapidea matrice roſei coloris*, & plerumque eadem in fodina ubi Saphiri reperiuntur.

*Quoad Vires venenis reſiſtere & à Peſte præſervare, terrentiaque ſomnia avertere dicitur, in ſpecie ſi homini infortunium inſtet, hoc eum coloris ſui mutatione in obſcuriorem indicare, ſunt, qui credunt.*

Sacharum. Eſt *ſuccus inſpiſſatus* & induratus *arundinis ſive cannæ Sachariferæ*, octo

pedes longæ, craſſiſſimæ & geniculatæ, foliis utrinque multis, longis, anguſtis, ſtriatis obvallatæ, medulloſæ, & intus dulciſſimi ſucci ubertate refertæ.

*Radices ſunt cannæ noſtratis æmulæ*, ſed minus lignoſæ, magis ſucculentæ & dulces, à quibus germina quædam erumpunt, quæ avulſa & legitimo tempore tranſplantata virent & adoleſcunt.

*Modus ſuccum exprimendi talis eſt*; Cannas primum minutim incidunt homines huic operi deſtinati, tum in molendinis ſuis torculari forti ſupponunt & *ſuccum exprimunt, ac ſtatim, ne aceſcat*, (*ne unum diem namque durat*) ahenis maximis immittunt & coquunt ac deſpumant; deſpumatum verò ſuccum in aliud ahenum transfundunt, ut ibi cum pauxillo lixivii iterum purificatus, in tertio aheno per pannum colatus, quarto demum & quinto poſt iteratam colaturam, & transfuſionem ac coctionem validam inſpiſſetur & formis tum inſtilletur, ut ſic, ſenſim perplures menſes in loco clauſo indureſcat, & uſui inſerviat.

Pro diverſitate verò loci diverſa ſacharum obtinet nomina. Sic *ab Inſula Madera* Maderanenſe, *à Canariis* Canarienſe, *& Thomæum* ab *Inſula S. Thomæ* &c. nomen tulit.

Aliud item eſt finum ſive *candiſatum*, & hoc *ex Canarienſi album, ex Thomao rubrum*: Vel non

non ſinum, uti apportatur ad nos in pyramidali, vel grumorum craſſorum forma.

Sagapenum. Eſt gummi reſinoſum balſamicum, *arboris cujusdam ferulaceæ ſagapenum dictæ*, ex cujus radice ſauciata deſtillat.

*Naſcitur in Media*, & inde *Alexandriam*, dehinc *Venetias* & in alia *Europæ* loca transfertur.

Optimum habetur translucidum, purum, exterius colore fulvo, intus albicante, guſtu acri, ac odore gravi præditum.

*Purgat lentos, craſſos, ac ſeroſos humores, ex omnibus partibus corporis: hinc in hydrope, aſthmate, obſtructione lienis, menſium ſuppreſſione &c. optime convenit, doſi* ℨß. *ad* ℨj.

*Externè reſolvit tumores, mitigat dolores, & quaſi vim magneticam obtinet in herniis dislocata inteſtina reducendi, unde primarium eſt ingrediens Emplaſtri Magnetici.*

Sandaracha. *Alia Arabum* eſt, gummi videlicet juniperinum ab illis Sandarax vel vernix appellatum: *Alia Græcorum* auripigmenti ſpecies, auripigmento tamen rubicundior, propterea que auripigmentum rubrum à *Serapione* vocatum.

Ad diſtinctionem hæc notentur, ne hoc pro illa ſumatur vel intelligatur.

Sanguis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0399-1

Sanguis Draconis. Eſt lachryma *arboris cujusdam magnæ Mexicanæ*, folia ferentis verbaſci, ampla & anguloſa, *ſuccum ſtillantis ſanguineum, Draconis vocatum*, ex fructu admirando, qui ſublata pelle Draconem opponit, tanto artificio à natura factum collo oblongo, ore hiante, ſpina aculeis horrida, cauda oblonga & pedibus conſpicuum, ac ſi à peritiſſimo aliquo artifice ſculptus eſſet.

VIRES *obtinet adſtringentes & ſiccantes, unde in fluxibus alvi, hæmorrhagiis & catarrhis ſiccandis optimè exhibetur. Solvitur optimè ſpiritu vini, non autem per aquam aut oleum.*

Santalum *trium generum eſt, Rubrum, Citrinum* & *Album.*

Præſtantiſſimum ex his eſt citrinum, ſaporem obtinens aromaticum amaricantem, & odorem ſaporis moſchi æmulum. Huic ſuccedit album parum à citrino differens, niſi quod ſapore & odore ſit inferius. Rubrum verò plane inodorum tenet infimas.

*Naſcitur* verò *citrinum plurimum in Inſula Timor.*

VIRES *communiter ſtatuuntur cardiacæ & hepaticæ, ſanguinis fervorem temperantes &c.*

Santo-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0400-7

**Santonicum Semen** ſive *Semen Cinæ*, emergit ex ejuſdem nominis planta, abſynthio, vulgari quidem ſimili, ſed aliquantò minori, quæ *abundè provenit in Terra Sancta, & Alexandria Ægypti.*

VIRES *ſeminis hujus in cujuſcunque generis lumbricis enecandis ſatis ſunt notæ. Præſtat verò in uſum trahere abſque maceratione in aceto, ſacharo ſaltem confectum.*

**Sapphirus.** Eſt gemma coloris cœrulei pellucida & diaphana. Eſt vel *Orientalis* vel *Occidentalis. Orientalis* ex *Pegu* veniens reliquos antecellit; Occidentalis in *Sileſia* ad *Iſeram* & in rivulis *Goldbergæ* &c. reperitur, & expolitus ſæpè pro Orientali venditur, cui tamen inferior eſt.

*Præter vires, quas cum lapidibus aliis pretioſis communes habet, in peſte anthraci impoſitus eundem extinguit, teſte* Knœffelio de Febr. malign. curatione.

**Sardius Lapis** nomen obtinet *â ſolo natali, Inſula Sardinia*, vocatur aliàs *Carneolus ob colorem carneum*, vel loturæ carnis ſimilem.

VIRES *obtinet ſanguinem ſiſtendi, in pulvere propinatus, vel exterius admotus.*

**Sarcocolla.** Eſt gummi granulatum, viſcoſum, Mannæ ſimile, colore vel flavum, vel

ſubru-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0401-3 DFG

ſubrubrum, ſapore dulcamarum: *Deſtillat ex arbore ſauciata, ſarcocolla dicta.*

Eligenda recens, ſaporis amari, coloris ſubflavi, ſubſtantiæ viſcoſæ ac glutinoſæ, facilis in aquâ ſolutionis.

VIRES *obtinet ſiccantes, conſolidantes, glutinantes, adſtringentes, hinc uſus præcipuus eſt in vulneribus conſolidandis, & cicatrice obducendis, oculorum fluxionibus &c.*

Sarſaparilla. Eſt Radix enodis nullis geniculis aſpera, dura, fibroſa, medulloſa, quæ viminis inſtar facilè finditur. *Naſcitur in Peru & aliis Indiæ regionibus.* Eſt verò alia nigrior, alia candidior.

Eligenda verò recens, non carioſa, fractu contumax, & ponderoſa; quæ enim cariem ſenſit, & dum frangitur pulverulenta eſt, ceu inutilis rejicienda.

*Diaphoretica eſt & aperitiva, hinc in lue venerea, arthritide, & catarrhis inſignis ejus eſt uſus.*

Saſſafras. Eſt *Lignum & cortex Arboris in Florida novi Orbis Provincia provenientis,* ſpecialiter in portu S. *Helenæ*, & portu S. *Matthæi* in maritimis ſcil. & temperatis locis, ubi montes hâc arbore ſcatent, & ſuaviſſimum præternavigantibus præbent odorem.

Opti-

Optimum eſt recens, *acri ſapore* præditum, ſed *aromatico, & fœniculum ſpirante*, ad cinereum colorem tendens, atque ſuum corticem retinens; quod enim cortice caret, invalidum cenſetur; cortex enim ligno præfertur, præſertim ſi ex radice deſumtus ſit.

Alii propterea lignum radicis cum cortice ligno arboris longè præferunt.

VIRES *in lue venerea curanda ſunt ſatis notæ, eſt enim egregium in obſtructionibus internarum partium reſerandis, unde & catarrhorum dicitur alexipharmacum, ac ſterilitati medetur cum antophyllis.*

Scammonium. Eſt ſuccus collectus ex radice excavatâ plantæ ejusdem nominis, lacteſcentis, intus candidæ, multoque ſucco prægnantis, odoris gravis, &c. *Optimum verò eſt*, quod ex inciſa radice supernâ exſudat, præcipuè *quod ex Antiochia affertur*, & clarum, ſpongioſum, friabile, non valdè ponderoſum, cito liqueſcens, ſaliva, vel aquâ madefactum lacteſcens, linguam non exurens, nec tetro odore infectum eſt.

Adulteratur lacte Thithymalli, ſed tunc linguam nimis valenter afficit.

*Cum interim ſcammonium, etiam legitimum, ſit magnæ acrimoniæ, hinc non exhibendum illis, quibus ventriculus eſt debilis, ut hypo-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0403-5 DFG

*hypochondriacis, nec illis qui cardialgia laborant.*

Schœnanthum ſive *Juncus odoratus*, eſt planta juncea & ſtraminea, cujus faſtigia ornat ſeries floſculorum ex pallido rubentium.

*Advehitur ad nos ex Arabia felice.* In Uſum verò cedunt flores & ſurculi ſive ſtipites, odore & ſapore aromatico floribus ſimiles.

Eligendi verò flores hi præter ſaporem & odorem aromaticum, colore ex pallido rubentes, pulvere, feſtucis, aliiſque quisquiliis non permixti, exceptis ſtipitibus propriis.

Malaicæ mulieres *ſtudioſè juncum hunc odoratum in hortis colunt, & eo ad lavacra, fomentationes, inſeſſus, ac adomnes muliebres affectus utuntur.*

*Apud nos præcipuus ejus eſt uſus in menſium obſtructione, ventriculi inflatione, commanſum verò anhelitum commendat & caput roborat.*

Scylla *ex caparum genere eſt*, & ſponte provenit *in Balearibus inſulis*, ac per *Hiſpaniam*, ut & in *Apulia & Sicilia* maximè in locis maritimis.

Authores plura ſtatuunt ſcyllæ genera, ſed diſcri-

diſcrimen ſaltem concernit colorem, magnitudinem & ſimilia externa.

Eligenda tamen eſt alba & magna, ac quæ alteri annexa eruitur, quæ enim ſola eſt, virulenta eſſe dicitur.

*Conducit egregiè in pulmonum obſtructionibus à pituita craſſa liberandis &c.*

Sebeſten ſunt ex prunorum genere, & *proveniunt in Ægypto, Syria ac Italia*, ex arbore ejusdem nominis.

Fructus ad maturitatem pervenientes ex atrò vireſcunt, ac mucoſo ſucco turgent, intusque nucleum durum, & quaſi oſſeum ac triangularem continent.

*Viribus pruna Damaſcena æmulantur, ac in pulmonum, ac aſperæ arteriæ aſperitate, ab acrimonia pituitæ tenuis & ſalſæ, optimè conducunt.*

Sena vel *Alexandrina eſt*, vel *Italica* aut *Gallica*. Illa acuminata, hæc obtuſiora habet folia.

Deſumuntur verò folia illa ex planta quadam ſiliquoſa, magnitudinem habente unius cubiti; colutheæ veſicariæ admodum ſimili, cujuſque folia ad liquiritiæ formam accedunt.

*Eligantur* verò *folia* hæc *viridia*, probe ſiccata integra, *non nimium contrita, non maculoſa, nec teredine attrita*, vel ſtipitum folliculo-

rumque nimia admixtione, aut etiam coluтheæ foliis fraudata.

*Quoad Vires craſſos, aduſtos & ſalſos humores à cerebro, Pulmonibus, Liene, Meſenterio &c. blandè ſubducunt. Ne verò tormina excitent in corporibus pituitoſis, non nimium coquenda, nec decoctum exprimendum erit. Doſis in pulvere eſt à ʒß. ad ʒiß. & in Infuſo à ℥ij. ad ℥ß. pro unâ doſi ſcil.*

Seſeli. Eſt ſemen herbæ cujusdam ejusdem nominis, non multum recedens à figura fœniculi Sylveſtris; *provenit in Gallia Narbonenſi* & *Provinciis vicinis*. Color illi eſt viridis, pallens, ſapor eſt acer, aromaticus & amariuſculus.

Eligendum verò eſt recens, non aridum, ſed ſucci plenum & probè mundatum.

VIRES *ſunt diureticæ & emmenagogæ.*

Smaragdus. Eſt gemma pellucida & diaphana, grato ſuo virore oculos intuentium perſtringens & ita corruſcans, ut nec umbra nec flamma id immutare poſſint.

*Præſtantiſſimus omnium eſt Orientalis.*

*Prædicatur vero tanquam ſpecificum antidyſentericum, ac antiſpaſmodicum, tam intus datus, quam externè geſtatus, &c.*

Soldanella Meerwinden / creſcit in locis maritimis *Italiæ* ac *Galliæ* &c. Ejus verò folia ad nos ex *Gallia* delata in uſu ſunt.

Speci-

Specificum ſunt ſeroſorum humorum purgans. Doſi ʒß. ad ʒj. in ſubſtantia.

Spica Indica, ſive *Nardus Indica*, ex *India Alexandriam*, & inde *Venetias* ac ad nos tranſportatur.

Eſt verò nil aliud, quam ea pars plantæ, quæ ob figuram ſpica audit, ex marcidorum foliorum nervoſis filamentis convolutis congeſta, coloris ſubrubri, ſaporis amari, & aromatici odoris.

*Quoad Vires Alexiteria, Stomachica, & nephritica eſt.*

Congener eſt *ſpica Romana* ſive *Celtica*, quæ copiosè provenit in *Alpibus verſus Italiam*, item *Genuenſibus* ac *Liguriæ* alpibus.

Ratione odoris non longè differunt *Pſeudo-nardus* ſive *ſpica noſtrâs*, cum *lavendula*.

Ex his *ſpica Mas*, quod fortiori gaudeat odore, *Lavendula* verò *fœmina* audit, cum ad lavacra ſaltem expeteretur olim.

VIRES *utriuſque, &* ſpicæ *&* lavendulæ, *conducunt omnibus capitis affectibus à frigida cauſa ortis, utpotè Apoplexiæ, Paralyſi, ſpaſmo, vertigini. Roborant ventriculum, cient menſes, &c.*

Styrax ſive Storax Calamita. Eſt ſuccus reſinoſus *ex inciſo cortice arboris cujusdam malo Cotoneæ ſimili effluens.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0407-8 DFG

Probatur verò purus, pinguis & reſinoſus, fragmentis albicantibus, odore jucundo, penetrante, ac perſeverante præditus.

Rejiciendus furfuroſus aut aliis ſordibus inquinatus, ſitu obductus, niger & inodorus &c.

*Conducit capitis & nervoſi generis affectibus, opitulatur catarrhis, tuſſi &c.*

*Calamitæ nomen obtinet inde*, quod olim fragrantiæ conſervandæ cauſa in calamis arundinaceis ex *Pamphilia* aſportaretur. *Styrax* verò, quod in ſtriis ex arbore deſtillans reperiretur.

Tacamahaca. Eſt *gummi reſinoſum ex eis, quæ ex Nova Hiſpania afferuntur*; ac colligitur ex vulnerata arbore magna, quæ Tacamahaca vocatur.

V IRES *ejus præcipuè in capitis & nervoſi generis affectibus externè veniunt in conſiderationem.*

Ex *Tacamahaca* cum *ſilicibus calcinatis* mixta, & per ♉. ex arena deſtillata, prodit oleum ſubtile & craſſum,

*Quæ miris laudibus extollit* Frid. Hoffman, *in omni tumorum genere tollendo, ventriculo roborando, affectibus hyſtericis radicitus evellendis, umbilico ſaltem illitum &c.* vide clavem Schröderian.

Tama-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0408-3

**Tamarindi.** Sunt fructus arboris cujuſdam Nucis juglandis magnitudinis, quæ copioſè reperitur ad *portum Acapulci*, & alibi, non longè ab *urbe Mexico*.

Caret verò arbor proprio apud *Indianos* nomine, quemadmodum hoc *illis vulgare eſt*, *fructibus ſaltem aut floribus nomina imponere*, arbores verò ſæpe relinquere ſine nomine.

Eligendæ verò ſunt ſiliquæ recentes, è nigro ruffeſcentes, multis villis intertexti, & acidi ſeu vinoſi.

*Præbent Pharmacum clementiſſimum, ac ſuave, calidos & nidoroſos ſulfureos humores eliminans.*

*Sic & Aciduli maſſæ ſanguineæ ebullitionem compeſcunt, ac in febribus ardentibus ſitim ſedant, corpus humectant, ac appetitum augent. Doſi ab* ℥ß. *ad* ℥ij. *in ſubſtantia, in decocto ad* ℥iij.

**Tamariſci Cortices,** in uſu ſaltem ſunt medico, deſumti ex arbore, quæ *in Germania ad Rhenum & in Danubii ripis provenit*, ac vocatur Tamariskenholtz.

*Quoad Vires ſpecificum ſpleneticum eſſe prædicantur, & in viſceribus obſtructis reſerandis commendantur.*

**Therebintina** eſt reſina, diverſis ex arboribus deſtillans: Sic vera Therebintina



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0409-2 DFG

*deſtillat ex arbore Therebinto* quæ copioſa creſcit in *Chio* & *Cypro*, *&c.*

*Veneta*, *Abietis* reſina eſt, & tamen vulgari noſtra elegantior.

*Noſtra* verò *Vulgaris* ex *Larice* deſtillat.

Aliis verò omnibus præferri vulgò ſolet Therebintina Cypria, ſed huic viribus vix cedit vulgaris noſtra.

*Omnes verò Reſinæ hæ vires obtinent egregias in affectibus pulmonum, Exulcerationibus internis, in gonorrhœa ſiſtenda, in præſervando calculo ſæpius nucis caſtaneæ magnitudine cum ſacharo deglutita. Præter vim enim diureticam ſimul alvum laxat, & partes heterogeneas per alvum ducit, quæ ab aliis diureticis ad renes deducerentur.*

Deſtillatur ex hâc reſina *oleum ſubtiliſſimum*, propterea *ſpiritus nomine inſignitum*, earundem virium cum ipsâ Therebintina, niſi quod minori doſi, paucis ſaltem guttulis ſuum præſtet effectum.

Terra Lemnia, Sigillata. Bolus Armena, &c. Terra Lemnia *olim ex Inſula Lemno petebatur*, ſed cum nunc Turcis ſit ſubjecta Inſula, de verâ dubitatur an ad nos perveniat, cum nunc *Turcarum Imperatoris ſigillo* varios characteres habente, mox cinerei, mox rubicundi paſtilli, vel diverſi coloris, Conſtantinopoli ad nos devehantur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0410-3

tur. *Bolus Armena* quondam ex *Armenia* deferebatur, & Bolus Orientalis nunc vocatur. Notæ bonitates ſunt, ut ſit pura ac ſincera, nil arenæ continens, manducata butyri modo liqueſcens, ac guſtui adſtrictionem poſt ſe relinquens.

Sunt & aliæ *Terræ* his affines à veteribus commendatæ, ut *Samia*, *Chia* & aliæ plures. Et nunc noſtro tempore *Ceylonica*, *Malabarica*, imprimis *Melitea* illa *S. Pauli* Terra, Lemniæ vires adæquans, ac *Sileſiaca* Turcicis haud inferior.

Probantur verò, ſi ſint unctuoſæ, pingues ac læves, linguæ promptè adhærentes, & in ore detentæ è ſevo quaſi conſtantes, nullamque arenoſæ ſubſtantiæ notam poſt ſe relinquentes.

VIRES *ſatis ſunt notæ in Febribus malignis, peſte, Diarrhœa, Dyſenteria, variolis, infantum lumbricis, &c.*

Thee. Notiſſima nunc herba, ex *China* potiſſimum ad nos pervenit, cum *Japonenſis ab ipſis Japonibus tanti æſtimetur*, ut eis rarò venalis extet.

*Folia*, ſi recentia ſunt, vel & ex ſiccatis explicata rurſus, apparent *oblonga, acuminata & in ambitu crenatâ inſtar foliorum roſæ domeſticæ, aut bellidis.*

Eligenda verò ſunt folia ad nos delata ſiccata,

 & con-

& convoluta quæ non admodum ſunt nigra, ſed obſcure virentia, & fœni recentis inſtar odorata.

Thus ſive Olibanum. Eſt *liquor reſinoſus*, duriuſculus, pellucidus, *arboris cujusdam in Arabia provenientis.* Differt verò aliquando colore & magnitudine granorum, unde Autores plures ejus conſtituunt ſpecies.

Eligendum verò quod guttarum formam refert, pellucidum, odore nativo fragrantiſſimum, colore ad albedinem accedens, & in grana majora condenſatum exiſtit.

Thymiama. Eſt maſſa quædam, ex variis conſtans corticum fragmentis, friabilis, atropurpurea, & odoris grati, *ex India ad nos delata*, & ad ſuffimenta potiſſimum expetita.

Tragacanthum ſive *Tragacantha* eſt gummi aquoſum ſive mucilaginoſum, quia aquâ ſolvitur, & mucilaginem exhibet. Pellucidum eſt & album, ſubdulce, leve ac ſincerum.

*Provenit ex radice plantæ cujusdam ſpinoſæ Tragacantha dictæ*, vel ſponte, vel vulneratâ radice. *Naſcitur* in *Creta* & multis *Aſiæ* locis.

VIRES *obtinet Paregoricas, lenientes & incraſſantes, unde ejus uſus præcipuus eſt in catarrhis tenuibus & ſalſis, ex quibus Tuſſis & exaſperatæ fauces oriuntur.*

Turpe-

**Turpethum ſive Turbit.** Magna inter Autores eſt controverſia, cujus plantæ Radix hoc ſit; Recentiores eam eſſe *plantæ cujusdam lactiferæ in Cambaja* aliisve *Indiæ locis naſcentis Radicem credunt*; alii Scammoneæ radicem eſſe autumant.

Sit verò mediocriter ponderoſum, ſubalbidum, aut cinereum, recens, ac fractu facile, non carioſum aut pulverulentum, intus reſinoſum, & à medulla lignoſa ſequeſtratum.

*Uſus ejus frequens eſt in arthritide, aſthmate &c. corrigitur maſtiche, cinamomo ac Zingibere, ne vomitum excitet: viſcoſos verò & craſſos humores ex remotioribus partibus, juncturis &c. elicit. Doſi* ʒß. *ad* ʒj. *& in infuſo ad* ʒiij.

**Tutia ſive Pompholix & ſpodium minerale.** Colliguntur ex metallorum fuliginibus, dum hæc funduntur; ſunt enim partes volatiliores mineralis, quæ exhalantes & ſurſum evolantes magnâ in copia fornacum laquearibus adhærent *albicantes* ac *Tutia ſive Pompholix* vocantur. Aliæ verò ponderoſiores parietibus fornacum adhærentes, ob cineritium colorem ſpodium audiunt.

**Unicornu.** Olim animalis cujusdam ter-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0413-0 DFG

reſtris equo ſimilis cornu in fronte enatum, creditum fuit, verum *frequentiori navigatione in Grônlandiam hoc animal, cum Cornu putatitio melius fuit detectum*, nec tanto amplius in pretio ut olim habetur. Eſt enim dens Balenæ Maris Islandici, Narhval dictæ; Hic eligatur duriſſimus & gravis, exterius albidus ſi recens, aut ſi annoſus, ad modum aliorum flaveſcens, intus albus, cavus, externè ſtriis multis majoribus minoribusque per totam longitudinem intortum & convolutum, ipſis verò harum protuberantiis lævitate, ſulcis autem intermediis aſperitate præditis.

VIRES *huic competunt quæ aliâs putatitio unicornu adſcriptæ leguntur, non aliter enim ac Cornu Cervi in pulvere ad* ʒß. *datum in Febribus malignis conducit, & ſudorem ciet, &c.*

Reperitur & in terra hinc inde ſubſtantia, & colore & figura ſæpe Unicornu referens, propterea.

**Unicornu Foſſile** vocatum: Quod *in variis Germaniæ locis obvium eſt*, ut in *Sileſia, Hercinia Sylva, Palatinatu* &c. ubi eruitur ſæpe in oſſium, cornuum, Dentium &c. in naturam ſaxeam verſorum forma. Exterius utplurimum durum, interne molle album friabile, linguæ fortiter adhærens inſtar Terræ ſigillatæ:

Eſt

Eſt margæ ſpecies, quæ fluida facta pro diverſitate matricis, in quam fluit, vel pro diverſitate aliarum rerum, quibus ſe inſinuat, vel juxta quas quieſcere cogitur & induratur, varias etiam ſuſcipit figuras.

VIRES *hoc Cornu obtinet adſtringentes cum virtute Bezoardica; hinc in fluoribus omnibus alvi, ſanguinis ac bilis ferocia domanda, in Febribus item malignis, inſultibus Epilepticis optimo cum effectu propinatur. Doſi* ℈ß. *ad* ʒß. *vel ultra.*

Cum verò aliquando ejuſmodi cornua foſſilia aliquid venenati continere dicantur, hinc antequam hominibus offerantur, prius in canibus aut aliis animalibus probari debere, *Frid. Hoffman.* monet, in *clave Schröderiana.*

Xilobalſamum ſunt ramuſculi arboris Balſamiferæ in Arabia provenientis, aliquando ad nos delati.

Zedoaria. Eſt radix rotundè oblonga, Zingiberis faciem ferè referens, ſed melioris & ſuavioris eſt odoris, minuſque acris.

*Advehitur è Sinarum Regione*, & ab extremis *Indiæ* finibus.

Eligenda verò Radix hæc, quæ eſt alba, odorata, amara, ponderoſa & non carioſa.

*Quoad Vires Alexiphaomaca eſt, hyſterica & carminativa, menſium obſtructiones reſerat, & doloribus Colicis opitulatur.*

Zingi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0415-2
DFG

**Zingiber.** Eſt Radix tuberoſa & tranſverſa, *cujusdam herbæ*, duas vel tres ſpithamas longæ, *quæ profert caules arundini ſimiles*, & in eis *folia longa & anguſta Iridi aut gladiolo paria.*

Naſcitur in omnibus Indiæ provinciis, excultum & ſatum ſemine aut radice.

*Quoad Vires ſummè calidum eſt, hinc magnæ efficaciæ in ventris torminibus, colica, intemperie ventriculi frigida. Cholericis verò rarus ejus, ut & aliorum aromatum, ſit uſus.*

**Zibethum.** Eſt *excrementum unctuoſum & pingue animalis cujusdam Indi, muſtelæ, quæ Martes dicitur, non adeo abſimilis*; in cujus certis à natura circa inguina conceſſis glandulosis utriculis colligitur, & peculiari modo, immiſſo auriſcalpii majoris ſimili inſtrumento extrahitur.

Eligendum verò id quod butyri mollioris conſiſtentiam habet, ac coloris eſt ſubpallidi (quem colorem tamen ſucceſſu temporis in flavedinem magis immutat) & odorem tetrum ſpirat, aliis verò permixtum eximia ſuavitate ſe commendat; tum & aquæ calenti ſupernatat, nullis partibus heterogeneis fundum petentibus, &c.

FINIS.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0417-3

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0418-9

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0419-7

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0420-9

225.-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-29817-p0423-6
DFG